taris placauit in cordibꝫ infide-
liũ monſtruoſam infidelitateꝫ.⁊
glorificatꝰ fuit in ꝯſpectu reguꝫ.
id eſt chriſtianoꝝ q̇ in ſanguine
chriſti facti ſunt reges ⁊ ſacerdo
tes. Idem dico de alijs apl'is.
D Sequit̄ [ Et oſtẽdit illi glo
riam eius. In fide ⁊ lenitate ſan
ctum fecit illuꝫ ] Ubi cõmendat̄
vterqꝫ iſtorũ a firma ꝑmanentia
in meritis. Moyſi enĩ ad litterã
oſtendit deꝰ gloriã ſuã in monte
ſynai in Exo.xxiiij. Cũ aſcendiſ
ſet moyſes operuit nubes montẽ
⁊ habitauit gl'a dñi ſup ſynai.te
gens illũ nube ſex diebꝫ. Uñ iſta
nubes lucida: in qua dñs loq̃ba
tur moyſi dicit̄ hic gl'ia. Ul' [ glo
ria ] dicit̄ manifeſtatio familiaris
ꝑſentie dei.qui loq̃bat̄ moyſi fa-
cie ad facieꝫ.ſicut homo ſolet loq̇
ad amicũ ſuum Exo.xxxiij. Uel
oſtenſio gl'ie dicit̄ hic ꝓmiſſio vi-
ſionis gl'ioſe diuinitatis Et tũc
ſic oſtẽdit illi ⁊ ꝓmiſit ſibi.q̄ de
hoc fidem certã ⁊ ſpem firmã ha
buit in gloriã ſuã.i.viſionẽ gl'io-
ſe diuinitatis ſue. Exodi.xxxiij.
Moyſes dixit dño. Oſtende mi
hi gloriã tuã.⁊ deꝰ rñdit ſibi di-
cens. Oſtendã tibi om̄e bonũ.ſ.
diuinitatẽ meã. Et certe iſta oſtẽ
ſio gl'ie quocũqꝫ modo exponat̄
ꝯfirmauit moyſen in ſctitate vi
te.ꝓpter q̇d addit̄. [ In fide ⁊ leni
tate ſcm̄ fecit illũ [ In fide ] dicit
ſup̄.quo ad deũ.ad Heb.xj. Fi-
de moyſes grandis effectꝰ nega
uit ſe eſſe filium filie pharaonis.
Ul' [ in fide ].i.in fidelitate. Nu
me.xij. Seruus meꝰ moyſes ĩ do
mo mea fideliſſimꝰ eſt. [ ⁊ lenita
te ] ſup̄.quo ad mititatẽ. Nu.xij
Erat moyſes vir mitiſſimꝰ ſup
omẽs homĩes qui morabant̄ in
terra. [ ſctm̄ ].i. firmũ ⁊ ꝑſeue-
rantẽ. [ fecit illũ ] Quantũ au
tẽ ad andreã ⁊ quẽlibet apl'm di
citur ſic. [ Oſtendit illi ] ſub eni-
gmate fidei. [ gl'iam ſuã ].i. diui
nitatẽ ſuã.cuiꝰ quidẽ clarã viſio
nẽ que erit eterna ꝓmiſit ei. Uel
[ gloriã ſuã ] ſcꝫ ſue reſurrectõis
Apparuit enim eis xp̄s ſepe poſt
ſuã reſurrectionẽ. Uel [ ſuã glo-
riã ] q̃ntũ ad andreã.i.myſteriũ
⁊ virtutẽ ſctẽ crucis.in q̃ veri ſan-
cti gloriant̄. ad Gal'.vj. dicebat
Apl's. Mihi abſit gloriari niſi ĩ
cruce dñi nr̄i ieſu xp̄i. Et andre-

as dicebat. Ego ſi ſupplíciũ cru
cis expaueſcerẽ: gl'az crucis nõ p̃
dicarẽ. Et alibi. Ego ꝟtutez ſctẽ
cruc̃ agnoui. Vel [gl'az ſuã] ſ̃q̃n-
tũ ad btm̃ thomã .i. carnẽ ſuam
glorificatã. Oſtendit enĩ illi ma
nus ꝛ lat⁹ poſt reſurrectõez ſuaz.
vt nõ eſſ; incredul⁹ ſ; fidel' Joh.
xx. Vel [gl'az ſuã] q̃z tũ ad Jaco
bũ frẽm Joh. .i. corp⁹ ſuũ q̃ſi glo
rioſe trãſfiguratũ Matth. xvij.
Aſſũpſit ihs Jacobũ ꝛ Johan-
nẽ ꝛc̃. Et certe iſta oſtenſio gl'ie.
q̃cũq; mõ ſumat̃: ↄfirmauit apo
ſtolos in ſctĩtate vite. Vñ ſubdit̃
quantũ ad quẽlibet. [in fide ꝛ le
nitate] .i. pietate [ſanctũ] .i. pſe-
uerantẽ firmũq; fecit illũ. E

Sequit̃: [Et elegit eũ ex omni
carne. ꝛ dedit illi cor ad p̃cepta.
ꝛ legẽ vite ꝛ diſcipline] vbi ↄmẽ-
dat̃ vterq; illoꝝ a ſ̃ba ſapĩa in elo
quijs. Vere [elegit] dñs moy-
ſen [ex om̃i carne] .i. ex omnibuſ
hoib;. vt ſup. eſſet mediator ĩter
ip̃m ꝛ pp̃l'm. maxĩe in his q̃ perti
nebãt ad deũ. Exo. xviij. dictum
fuit Moyſi. Tu eris pp̃l'o in his
que ad deum ptinent. Vel [ele-
git eum] vt eſſet legiſlator ꝛ do-
ctor. vñ ſeq̃t̃ [ꝛ dedit ei cor] .i. in
telligentiã ꝛ bonã volũtatẽ. [ad
p̃cepta] ſup. intelligẽda ꝛ retinẽ
da. publicãda ꝛ exeq̃nda. [ꝛ le-
gẽ vite] ſup. intelligendã ꝛ ꝓpo-
nendã. [ꝛ diſcipline] Dicit̃ autẽ
lex vite. q: faciens eã acq̃rit vitã
eternã. Vñ Ecci. xxiiij. Hec oĩa
liber vite ꝛc̃. Dicit̃ etiã diſciplĩe

q: ligat ꝛ frenat mot⁹ ſenſuales:
vñ ꝛ vno mõ lex d̃r a ligãdo. Po
teſt etiaz dici ꝙ p p̃cepta intelli-
gunt̃ etiã h̃ cerimonialia. ꝛ p le-
gẽ vite moralia. p legẽ diſcipline
iudicialia. De q̃b; om̃ib; d̃r Ba
ruch. iiij. Hic eſt liber mãdatoꝝ
dei. ꝛ lex q̃ in eternũ ſtat. omnes
q̇ tenent eã ꝑuenient ad vitam. q̇
ãt dereliq̃rint eã in mortẽ. Qua
tum aũt ad btm̃ andreã ꝛ alios
apl'os poſſum⁹ vere dicere ꝙ ele
git eos ex om̃i carne. ſ. vt eſſent le
gis euãgelice p̃dicatores ꝛ obſ-
uatores. ꝛ ſuo ſanguine planta-
tores. Vñ ſaluator ait illis Jo.
xv. Ego vos elegi de mundo vt
eatis. Et Math. vltio. Euntes
docete oẽs gentes ꝛc̃. Et bene d̃r
de quolibet ꝙ dedit illi dñs cor
ad p̃cepta. expone ſic p̃us. Pre-
cepta dico nõ tm̃ decalogi. ſ; eti-
am euangelij: qđ ꝑfecti⁹ eſt lex vi
te ꝛ diſcipline. vñ xp̃us dixit eis
Jo. vj. Verba que ego loquor vo
bis: ſp̃us ꝛ vita ſunt. .i. ſp̃ũalia ꝛ
vitalia. Hanc legem apl'i docue
runt. Vñ de btõ andrea cantat
eccl'a. Doctor bon⁹ ꝛ amic⁹ dei ꝛc̃.
Sic ergo patet ꝙ btũs andreas
deſcribitur ſub typo moyſi quã-
tum ad doctrine veritatem. fuit
enĩ doctor legis euãgelice. ſicut
ꝛ iſte antique. Et ſicut ille fuit
aſſumptus de aquis Exo. ij. ſic
ꝛ iſte fuit a deo vocatus cũ piſca
ret̃ in mari. Sequit̃. ꝛ excelſum
fecit illum ꝛc̃. Vbi tertio p̃nci-
paliter deſcribit̃ ſctũs andreas:

ſeu quilibet alius apl'ſ ſub typo Aaron ſūmi ſacerdotis. q̄ʒtū ad officiū dignitatē. Fuit em̄ Aaron ſūm⁹ ſacerdos in pplo hebreoꝝ. ⁊ apli ſummi ſacerdotes in pplo xp̄ianoꝝ. Et ſciendū ꝙ de ſacerdotio tam leuitico q̄ʒ apl'ico hec tria ſunt.

## De ſancto Andrea.
## Sermo. ij.

Corde creditur ad iuſticiam: ore autē confeſſio fit ad ſalutē. ad Roma. x. F In hac epl'a ait apoſtolus de virtute fidei. ⁊ ſex actibꝫ aliq̄ mō ad fidē ptinentibꝫ. q̄ ſunt credere corde. ꝯfiteri ore. inuocare vtroqʒ. audire duplici aure. mitti a ſuperiori ptāte. ⁊ p̄dicare ſmōe. Quoꝝ p̄m⁹ a veritate fidei īmediate elicit̄. Scd̄s aūt ⁊ terti⁹ q̄ʒtū ad ea q̄ dicunt ꝑter actū credendi: ab ipſa virtute fidei īpant̄. vel mediante actu ſuo p̄mo eliciuntur. Quart⁹ aūt ⁊ quint⁹ ad inductionem fidei ſaltim acquiſite ⁊ ad exercitiū oīs act⁹ fidei tam infuſe q̄ʒ acq̄ſite requirūt̄. Et q̄niam btiſſim⁹ andreas fidem xp̄i corde credidit. ore ꝯfeſſus fuit. vtroqʒ modo inuocauit. i. fide ⁊ voce deū vocauit. audiuit aure duplici ſmones xp̄i. a xp̄o miſſus fuit ⁊ p̄dicauit efficu citer. ī cordibuſ audientiū ⁊ obedientiū verā fidē induxit. ⁊ ad credendū ⁊ cōfitendū eos excitauit ſic dicūt preſbiteri achaie. vt apparet ī legenda ſua. Poſt ꝯfeſſionē em̄ fidei: ſicut dicūt. hāc fidē didicim⁹ a ſcō andrea apl'o ⁊c. Et ſciendū ꝙ apl's paulus ī iſta epl'a breuiter duo facit. Primo em̄ deſcribit credētiū vtilitatē. ⁊ dicit Corde credit̄ ⁊c. Scd̄o nō credētiū inexcuſabilitatē ibi. Quō ḡ inuocabūt Circa p̄mū tria facit. Primo eī ꝓponit q̄d intēdit. d. Corde credit̄. Scd̄o probat q̄d ꝓpoſuit ibi Dicit eī ſcp̄tura. Tertio ꝓbatōez exponit ibi. Nō em̄ eſt diſtinctio Primo ergo ꝓponit q̄d intendit ſcʒ credentiū vtilitatē. q̄ ē in p̄ñti vita iuſtificatio: ⁊ ī futura ſaluatio. Et circa fidē verā tāgit tria. factū debitū. q̄d eſt credere ⁊ ꝯfiteri. p̄ñs comodū. q̄d eſt iuſticia ⁊ ſequēs p̄miū: q̄d erit ꝟa ſalus. Bona eſt ḡ fides xp̄i q̄ cor illuminat ⁊ rectificat in p̄ñti. ſaluificat ⁊ ī futuro. Dicit ergo apl'us. [Corde credit̄ ad iuſticiā] .i. habendā iuſtificatiōez. ꝑ miſcd̄iam em̄ ⁊ fidem purgantur peccata. Prouerb. xv. [Ore āt ꝯfeſſio fit ad ſalutē] .i. ad ſalutꝭ ꝑfectōem.

G Sʒ q̄re dicit Corde credit̄. Meli⁹ em̄ vt videt̄ diceret Fide credit̄. Act⁹ em̄ credēdi īmediate elicit̄ a fide. Dd̄m ꝙ iō ſic loq̄tur. nō ꝙ a corde eliciat̄ act⁹ credēdi ſimpl'r: ſʒ ꝙ ad ip̄m req̄rit̄ ꝯſenſus cordis. Vñ aug⁹. ſuper Job. Cetera pōt bona nolēs. cre

dere aũt nõ p̃t niſi volẽs. Sed
q̃re dicit: ad iuſticiã. qꝛ ꝑ actum
credẽdi. vt videt̃ nõ iuſtificat̃ hõ
Demones em̃ credũt: vt dꝛ Jac.
ij. ⁊ hoĩes q̇ ſunt in pctõ mortali
ſepe credunt. ⁊ tñ nec illi nec iſti
iuſticiã habent. Dicendũ ꝙ loq̇⸗
tur de actu credendi qui elicit̃ a
fide viua. a fide formata carita⸗
te et opante ꝑ dilectiõem: q̇ qui⸗
dem actu non ſolum credit̃ deo
vel creditur deꝰ. ſed etiã creditur
in ip̃m. i. ꝑ dilectiõem tenditur ĩ
eum. Sed q̃re dicit. Ore autẽ
ꝯfeſſio ⁊c̃. cũ multi ꝯfiteant̃ ea q̄
ſunt de chriſto. q̇ tñ non ſaluant̃

Preterea multi ſaluant̃. qui
nõ ꝯfitent̃ ore: ſic̃ pueri ⁊ muti.

Dicendũ ad p̃mum ſicut di⸗
cit glo. ꝙ ꝯfeſſio oris valet ad ſa
lutẽ poſt fidem. vel poſt credere
ip̃iꝰ cordis. Cõfeſſio em̃ oris ꝓp̃e
ſũpta p̃ſuppõit fidẽ cordis: tũc
ei eſt ꝓprie cõfeſſio. Siãt ſcḋm glo
ſã aliud ore ⁊ aliȯ ſit corde. eſt lo
qui ⁊ nõ cõfiteri. ſed ſꝑ loquitur
apl's de fide opante ꝑ dilectõem.

Ad ſcḋm dicendũ ꝙ verbum
iſtud. cõfeſſio fit ad ſalutẽ: debet
intelligi quando adeſt poſſibili⸗
tas. quã nõ habẽt pueri neq̃ mu
ti. et neceſſitas. vt videlicet. ſi fi
des eſſet in ꝑiculo. vel ſi aliquis
de fide inquireret. tũc enĩ nõ ſuf⸗
ficit corde credere: niſi ⁊ ꝯfiteret̃
ore ꝓprio. Ipſe enim dicit Luce
xij. Qui me confeſſus fuerit. ⁊c̃.

Notandũ ãt ꝙ q̇ttuor ſũt ge⸗
nera hoĩm diuerſimode ſe habẽ⸗
tium. Quidã em̃ nõ credũt cor⸗
de nec ꝯfitent̃ ore. ⁊ iſti ſũt peni⸗
tus infideles. de quibꝫ dicit xp̃s
Joh. iij. Qui aũt nõ credit: iam
iudicatus eſt. Et in ps̃. Non cre
diderũt in deum. Quidã ãt cre⸗
dũt corde: ſꝫ nõ ꝯfitent̃ ore. et ta
les ſunt puſillanimes. ſic̃ nicode
mus. de q̇ Joh. iij. Et ſic̃ Petrꝰ
Math. xxvj. Et augꝰ. in gloſa.
Nihil ꝓdeſt hoc eſſe in corde q̇d
verũ eſt: ſi hoc dꝛ ore: q̇d falſũ eſt
Nõ ergo incaſſum additum eſt:
ore aũt confeſſio fit ad ſalutem.
Nam pene oĩes qui xp̃m corã
ꝑſecutoribus negauerunt. q̇d de
iſto credebant corde tenuerunt:
et timore non confitendo perie⸗
runt. niſi illi qui per penitentiã
reuixerunt. ſicut Petrus qui in
negatione veritatem intus tene
bat: et exterius mendacium pro
ferebat. Iſti ergo ſunt puſillani⸗
mes ⁊ infirmi: qui quidem cre⸗
dunt corde: timore autem negãt
aut tacent. Quidam autem con
fitentur ore: ſed non credunt cor
de. Et iſti ſunt falſi chriſtiani et
mali. Sic ſunt aliqui heretici de
quibus dicitur ad Titũ. j. Con⸗
fitentur ſe noſſe deum. factis au
tem negant. Quidam autẽ ſunt
qui credunt corde: et confiten⸗
tur ore. et iſti ſunt veri et boni
chriſtiani. Tres primi pereunt
niſi peniteant. quarti ſaluan⸗
tur. D Sequitur. [Dicit
em̃ ſcriptura.] vbi probat quod
propoſuit. vnde ſic ſe continuat.

Corde dicit: creditur ad iuſticiam Probatio [dicit ei ſcriptura] ſup. ſacra: q̄ anthonomaſice dr̄ ſcriptura Iſa. xxviij. ſm aliā lrāz [Ois ſiue iudeꝰ ſiue gentil'.] [q̄ credit in eū] nō ſolū ei vel eū: ſʒ ī eū .i. fide formata caritate tēdit ī eū: [non ↄfundet] ſup. ī extremo iudicio. licet in pn̄ti videat coram tyrānis ↄfundi Minꝰ dicit: ⁊ plus ſcat. qꝛ nō ſolū q̄ crediderit ī xp̄m: ī futuro iudicio nō ↄfūdet: vez etiaʒ multū honorabit: qꝛ vitam eternā ↄſequet. j. Jo. v. Qui credit ī filiū dei: hʒ teſtimoniuʒ dei in ſe. Seq̄r. Et h̄ eſt teſtimoniuʒ. qm̄ vitā eternā dedit nob deꝰ. ⁊ hec vita eſt in filio eiꝰ. Vn̄ ⁊ ip̄e filiꝰ dicit Jo. xj. Qui credit ī me: etiam ſi mortuꝰ fuerit viuet ⁊c̄. Ergo dicit ſcriptura vitaꝫ: qꝛ oīs generaliter q̄ credit ī eū fideliter et veraciter nō ↄfundet eternaliter Fides q̄ hʒ certū teſtimoniū. q̄a dicit ſcriptura. generale ſubiectuʒ. qꝛ oīs. difficilē actū: qꝛ credere. q̄ credit. inq̄t. amabile obiectū. q̄a in eū. ſ. deū. deſiderabile p̄miuʒ. qꝛ nō ↄfundet. j. Pe. ij. Vob igitur honor credētib ⁊c̄. [Nō enī eſt diſtinctio] vbi ꝓbatōʒ iſtā exponit. ſic ſe ↄtinuās. oīs q̄ credit in eū ⁊c̄. Probatio ꝙ oīs [nō enī eſt diſtinctio] ſup. q̄ʒtū ad ſalutē [iudei ⁊ greci.] Cōtra ſupra. j. c. dictum eſt Judeo p̄mū ⁊ greco. Rn̄deo ꝙ nō eſt diſtinctio. q̄ʒtū ad bona gr̄e. Actuū. x. dicit Petrus. Jn veritate ↄperi qꝛ nō eſt

ꝑſonaꝝ acceptor deꝰ. ſed in om̄i gente q̄ timet deū et oꝑat iuſticiam acceptꝰ eſt illi. et ſic loquitur h̄ apl's Vn̄ aūt fuit diſtinctio iudei et greci: q̄ʒtū ad p̄rogatiuam ſcie. qꝛ iudei erāt ꝑ legē meliꝰ inſtructi. et ſic p̄us. Q, aūt q̄ʒtum ad ſalutē adoptōeʒ nō ſit diſtinctio iudei et greci ↄſeq̄nter probat [Nam idē dn̄s oim] ſup. iudeoꝝ et gentiliū. ad Ephef. iiij. Vnus dn̄s: vna fides [diues in oēs] .i. ſufficiēs ditare oēs bonis gr̄e ex gl'e [q̄ inuocāt illū] .i. fide ſcʒ interiꝰ: et ore exteriꝰ vocant illū. Alijs aūt: vt dicit gloſa. q̄ ipſum ſic nō inuocāt. ſ. fide ⁊ amore (h̄ enī ſonat inuocatio) cū adeſt dico poſſibilitas ⁊ neceſſitas: nō eſt ipſe diues. qꝛ tales nō ſūt ꝑticipes bonoꝝ eiꝰ Iſtū āt dn̄m ↄmēdant tria. ſ. potentia: qꝛ ideʒ dn̄s oim. clementia: qꝛ diues in oēs Prouer. viij. Mecū ſunt diuitie et gl'a. ſapīa: qꝛ ī illos q̄ inuocāt eum. q̄ potētia excellit: clemētia diſtribuit: ſapīa diſcernit. Excellentiā aūt potētie ↄmēdāt tria. ſ. dn̄antꝭ vnitas. qꝛ ideʒ. ſine diuiſione. dn̄andi ptās: qꝛ dn̄s. ſine ſuili ↄditōe. generatiōis generalitas. qꝛ oim. ſine alicꝰ exceptione. Q, āt iſta ſit vera. ſcʒ ꝙ deꝰ diues eſt in oēs q̄ inuocāt illū ꝓbat ↄſeq̄nter ꝑ auctoritatem q̄ ſm gloſam ſcripta ē in yſaia. q̄d verū eſt nō ſm verba: ſʒ ſm vboꝝ ſenſum. Dicit ei ſic Iſa. xliij. Omnē q̄ inuocat nomē meū. in

gliaz meã ego creaui eũ. Expſſe
ãt ponit̃ ſm ṽba Jobel'.ij. [Nõ
eni ] ſiue iudeꝰ ſiue grecꝰ nullo ex
cepto [ quicũq; inuocauerit ] non
ſolũ verbotenꝰ: ſ; corde intimo
vocauerit. H̃ eni ẽ eſt magis ꝺ rõne
inuocationis. ſ. cordis vocatio ⁊
orõ. de q̃ dicit glo. ꝙ eſt ad ſalutẽ
neceſſaria. vbi eſt poſſibilitas vl'
neceſſitas. [ nomẽ dñi ]. i. filiũ pa
tris in q̃ ſic in noĩe eſt notificatõ
patris [ ſaluꝰ erit ] ſc; a ſupplicio
eterno. Prouer. xviij. Turris for
tiſſima nomen dñi. ad ip̃m cur
rit iuſtꝰ ⁊ exaltabit̃. J Seq̃t̃
[ Quõ g̃ inuocabũt ] vbi incipit
ſcða ps p̃ncipal' ep'le in q̃ poſtq̃
ap'ls oſtendit credentiũ vtilitatẽ
hic oñdit nõ credentiũ inexcu
ſabilitatẽ. Et facit q̃ttuor. Prĩo
enĩ oñdit auditum p̃dicatõis ad
credendũ ẽẽ neceſſariũ. Secũdo
oñdit ꝙ ñ eſt defectꝰ ꝙ aliq̇ ſint
q̇ nõ credãt ex p̃te p̃dicantiũ. ibi.
[ ſicut ſcp̃tũ ẽ. ] Tertio oñdit ꝙ ẽ
defectꝰ ex p̃te audientiũ. ibi [ S;
nõ oẽs obediũt euãgelio ] Quar
to oñdit ex his ĩexcuſabile ẽẽ pec
catũ nõ credentiũ. ibi. [ S; dico
nũq̇d nõ audierũt ] Adhuc ĩ pri
ma p̃te tãgit q̃ttuor q̃ ſũt ad ꝯfi
tendũ ſeu inuocandũ neceſſaria
Primũ eſt fides. ſcðm auditus
tertiũ ẽ p̃dicatio. q̃rtũ eſt miſſio.
Prima duo requirũt̃ in auditõe
ſc; fides. q̃ ad ꝯſenſũ. ⁊ auditus
q̃ ad intellectũ. Eſt enĩ credẽ cu;
aſſenſu intelligere. Alia duo ĩ p̃
dicatore. ſ. actꝰ ⁊ officiũ. Actꝰ no
tat̃ in p̃dicatõe. officiũ vero ĩ miſ
ſione. Dicit̃ igit̃ [ Quõ g̃ ⁊c̃ ] Et
ꝯtinuat̃ hec dupl'r. Uno mõ ſm
ꝙ eſt ibi ergo. ſic ĩuocatio ſaluat
vt dictũ eſt. g̃ oportet ĩuocare q̇
vult ſalutẽ cõſeq̇. ſ; inuocatio nõ
eſt ſine credulitate. g̃ oportet cre
dere. [ Quõ ergo ĩuocabunt ⁊c̃ ]
Alio mõ ſm ꝙ eſt ibi aũt. ſic [ oĩs
q̇cũq; inuocauerit nomẽ dñi ſal
uus erit. Quõ ãt inuocabũt eũ ĩ
quẽ nõ crediderũt ] q̃ſi dicat. nul
lo mõ. ergo oportet ꝙ inuocãtes
credãt. Uñ dicit Grego. in ome
lia de illo regulo. Nõ enim ab eo
peteret ſalutẽ quẽ nõ crederet ſal
uatorẽ. Inuocatio enĩ d; fieri in
fide. vel poſſet ẽẽ vocatio: ſ; nõ in
uocatio. i. interna vocatio. q̇ fit
p̱ fidem. Jacobi. j. Poſtulet ĩ fi
de nihil heſitãs. Cõfeſſio etiã d;
fieri ĩ fide. dic̃ eĩ glo. ꝙ ꝺ radice
cordis ſurgit ꝯfeſſio. Confiteri
enĩ eſt dicere q̃d eſt in corde. q̃d
quidem fit p̱ fidẽ. aut eſt fari vel
loq̇: ſed non ꝯfiteri. hoc em̃ ſonat
cõfiteri ſimul corde ⁊ ore fateri.
K [ Aut quõ credent ei quem
nõ audierũt ] Contra. multi cre
diderũt in xp̃m q̇ tñ eiꝰ p̃dicatõ;
p̱ aliquẽ nõ audierũt. Dicendu;
ꝙ eſt triplex auditꝰ. ſc; p̃mꝰ exte
rior p̱ p̃dicatõem. ⁊ iſte de cõmu
ni lege attractiuꝰ eſt ad exercitiũ
actꝰ credendi. Et dico de cõmu
ni lege. q̃r deꝰ aliter facere poſſet.
⁊ in multis fecit. Duplex aũt in
terior. ſc; vnꝰ p̱ diuinã inſpiratio
nem. alius p̱ humanã obediẽtiã.

Et iſti duo ſunt ſimplr̃ neceſſa-
rij ad credendū. vicȝ ꝙ de⁹ inte-
rius inſpirando coꝛ moueat. ⁊ ꝙ
hō diuine inſpirationi ꝯſentiat:
⁊ obediat. Cuȝ ergo dicit aplꝰs
[Quomodo credent ei quē non
audierunt] dicit ꝙ non poſſunt
credere niſi ꝑ internam inſpira-
tionem cum humana obeditiōe.
Eſt enī obedire audire coꝛde cuȝ
effectu. vel ꝑ exterioꝛem p̄dicatio
nem. q̄ tn̄ non ſufficit ſine diuīa
inſpiratōne et humana ꝯfeſſione
iuxta illud Bernhardi. Putas
ne credit ī filiū dei quiſquis nec
ei⁹ ꝓmiſſis allicit̃. nec terret̃ cō-
minatōibꝫ: nec p̄ceptis obedire
parat. nec cōſilijs acquieſcit. q̄ſi
dicat. nō. Ecōtrario aūt duo au-
ditus interni bene ſufficiunt ad
credenduȝ ſine auditu p̄dicatio-
nis q̄ȝuis ille audit⁹ multū iuuet
ad credendū. hoc aūt dȝ intelligi
de actu fidei: nō de habitu. quia
q̄ȝuis ꝑ auditū p̄dicatōnis poſ-
ſit acquiri habit⁹ fidei cū interio
ri ꝯſenſu. nō tn̄ eſt neceſſariū. ſic̄
apparet in paruulis q̇ habent ha
bitū in ꝯſenſu fidei. q̇ tn̄ p̄dicati-
onem nō intelligūt. nec ꝯſentire
poſſunt. [Quō aūt audient ſine
p̄dicante]. i. niſi p̄dicantē audiāt
Predicatoꝛ em̄ os dei eſt. Jere.
xv. Si ſeꝑaueris p̄cioſum a vili
quaſi os meum eris. Uel [Quō
audiēt ſine p̄dicante]. i. ſi p̄dicā-
ti reſiſtūt. q. d. nullo mō. qꝛ q̇ p̄-
dicanti reſiſtit: actoꝛē ei⁹ nō reci-
pit. dicit gloſa. Hec ſcḋa expoſi
tio nullā habet inſtantiā. pꝛima
vero haberet inſtantiā vbi ſoluȝ
intelligeretur de auditu exterio-
ri. qm̄ auditu interioꝛi multi au
dierūt ſine p̄dicante. [Quō vero
p̄dicabunt niſi mittantur] ſup.
a deo. vel habente auctoꝛitatē di.
quaſi dicat. nullo modo debent.
Unde filius dei p̄dicare noluit
niſi miſſus. Jſa. lxj. Spūs dn̄i
ſuꝑ me: eo ꝙ vnxerit me. ad an-
nunciandū māſuetis miſit me.
Dicit em̄ gloſa ꝙ iſtud nō reci-
pit queſtōem. qꝛ nō veri apoſtoli
niſi miſſi. Felices ergo nūcij rō-
ne dn̄i. qꝛ mittunt̃ a deo. rōne of-
ficij. q̄d eſt p̄dicare ꝓplo. et rōne
comodi. q̄d eſt in deū credere. ⁊
rōne p̄mij. q̄d eſt ſalus. Ergo nō
eſt ſalus ſine inuocatōne. nec in-
uocatio ſine fide. nec fides ſine
auditione. nec auditio ſine pꝛedi
catōe. nec p̄dicatio ſine miſſione
L Sequit̃. [ſicut ſcp̄tum eſt]
vbi oſtendit ꝙ nō eſt ex parte p̄di
cantiū ꝙ ſunt hoīes aliqui q̇ nō
credunt. quia p̄dicatoꝛes iā miſ
ſi ſunt. iam vbiqȝ fidem xp̄i p̄di-
cauerunt. Cōmendant̃ autē h
p̄dicatoꝛes a tribꝫ. ſcȝ A pꝛenū-
ciatione ꝓphete. Ab honeſtate vi
te. Ab vtilitate doctrine. Quan-
tū ad p̄mū dicit ſic ſe ꝯtinuans
nō debent p̄dicare niſi mittātur
Sed iam miſſi ſunt. ſicut ſcp̄tuȝ
ē Jſa. lij. vbi habet̃ ſic. Quaȝ pul
cri ſuꝑ mōtes pedes annūciātis
⁊ p̄dicantis pacem. annunciātis
bonū: p̄dicantis ſalutē. Scp̄tuȝ

eſt enī hoc quod aplꝰs ħ ſubiū-
git. ⁊ ſi nō ſm verba: tñ ſm ſenſū
verboꝝ. Ex quo apparet ꝙ pdi-
catores fuerūt a ꝓpheta pnūcia-
ti. Sequitur verbum apli ſum-
ptum de yſaia vbi predicatores
iam miſſi cōmendantur ab hone
ſtate vite. [Quã ſpecioſi] inqt
id eſt. qꝫ bene formati [pedes] id
eſt. aduentus apoſtoloꝝ. Ezech.
j. Pedes eorum pedes recti. Se
quitur vtilitas doctrine ipſoꝝ
⁊ in pſenti ⁊ in futuro. Utilitas
autem preſens tangitur cum di-
cit. [euangelizantium pacem.]
id eſt reconciliationem hominis
ad deum. ⁊ hoīs ad ꝓximū ſuū.
Luce. x. dictū fuit eis. In quan-
cūqꝫ domū intraueritiſ: pmū di-
cite. Pax huic domui. Utilitas
ãt futura tangit cū ſubdit [euã-
gelizãtiū]. i. annūciantiū [bona]
ſup. eterna Et bñ dicit bona plr.
qꝛ ibi erūt bona q̃ ĩfinita. Tho-
bie. 4. Habebis mlta bona ſi ti-
mueris deū. Et in pſ. Replebi-
mur in bonis domꝰ tue. Imitã-
di ergo ⁊ ſequendi ſunt pdicato-
res chriſti q̇ ſunt a ꝓpha pnūcia-
ti. ⁊ in vita pcioſi. ⁊ in doctrina
fructuoſi. Patet igit ꝙ nō eſt de
fectus ex pte pdicantium ꝙ non
omnes homines credant in chri
ſtum. quia apoſtoli miſſi a chri-
ſto iam venerunt: honeſte vixe-
runt: ⁊ nō niſi bonū annunciaue
runt. M Sequit. [Sꝫ non
oīes obediunt euangelio] Ubi
oſtendit ꝙ eſt defectus ex parte
audientium. Et facit tria. Pri-
mo dicit ꝙ nō oīes credūt euã-
gelio. Scḋo hoc ꝓbat yſaie teſti
monio. Tertio ex auctoritate cō
cludit. ꝙ ad fidem eſt neceſſaria
euangeliĳ predicatio. Quantuꝫ
ad primum dicit ſic ſe cōtinuãs.
Omnes quidem audierunt pre
dicatores iam miſſos ⁊ annun-
ciantes iam bona. [Sed nō om
nes obediunt euãgelio] ſicut pa
tet in parabola de ſemine. Luce
viĳ. vbi dicitur ꝙ ſolum quarta
pars ſeminis cecidit in terrã bo
nam ⁊ fructus fecit. Gentiles et
iudei nō obediunt euangelio: ſꝫ
ſolum boni chriſtiani. Et certe
ſine iſta obediētia in adultis ho
minibus nō poteſt eſſe fides. iḋo
ſine conſenſu interiori q̃ntumcū
qꝫ preco clamet exterius: ⁊ deus
interius inſpiret: apertum eſt vt
dicit gloſa Ambro. ꝙ non credi
tur illi cui obedientia negatur.
Qꝫ autem ita ſit. ſcꝫ ꝙ non om-
nes obediunt euangelio probat
auctoritate prophete cum addit
[Iſaias enim dicit]. liĳ. c. [Dñe
quis credidit auditui noſtro]. i.
illis verbis que audiuit a nobis
vel que a te audiuimus noſipſi.
quaſi diceret aliqui crediderūt:
ſed pauci. quia pauci reſpectu
multitudinis obedire noſtre p-
dicationi: et tue inſpirationi cō
ſentire volunt. Igitur defectus
eſt ex parte audientium. quia
pauci conſentire voluerunt. No
tandum autem eſt ꝙ iſtud quis

aliqñ ſonat interrogatõez ꝟitatꝭ
ſic̄ Jo.ix. Dñe q̇s eſt vt credā in
eū. Aliqñ i admiratõez nouitatꝭ.
ſic̄ yſaias.lxiij. Quis eſt iſte qui
venit de edom: ꝛ in ps Quis de
us magn⁹ ſicut deus nr̄: Aliqñ
in cõmēdatione ꝟtutis ſic̄ puer.
xxxj. Mulierē fortem quis inue
niet. Aliqñ ĩ vituperatõez ſuppo
ſitiõis Jo. viij. dicebāt iudei xp̄o
Tu q̇s es. Aliqñ in imitatiõem
ſctitatꝭ Eccī.xxxj. Quis eſt hic ꝛ
laudabim⁹ eū. Aliqñ in difficul
tatē cognitionis. ſicut Eccs.iij.
Quis nouit ſi ſpūs filioꝝ adaꝫ
aſcendat ſurſum. Et aliqñ in ſin
gularitatem ptātꝭ. ſic̄ Job. xiiij.
Quis põt facere mundū de im-
mūdo. Hic aūt cum dr̄. Dñe q̇s
ere. ꝛc̄. quis ſonat in caritatē cre
dentiū ꝛ obedientiū. Quantum
āt ad tertiū dicit [ Ergo fides ex
auditu: audit⁹ āt p ꝟbū xp̄i ] Et
repetit tres act⁹. ſ. credere. audi-
re: ꝛ p̄dicare. ꝛ arguēdo de p̄mo
ad vltimū facit ꝯnexionem extre
moꝝ dicēs. Quis credidit audi
tui nr̄o. Expone ſic̄ p̄us. [ Ergo
fides ex auditu ] qm̄ ꝛ ſi de⁹ cor
intus moueat: p̄co tñ̄ exteri⁹ nun
ciat. ꝛ virtute ꝟbi dei cor ad cre-
dendū excitat [ Audit⁹ āt p ver-
bū xp̄i ] ſup. loq̄ntis apl'is ꝛ p̄di
catoribus alijs Luc̄.x. Qui vos
audit: me audit. ¶ Notan-
dū āt ꝙ q̄ꝛ videt̄ apl's tm̄ loq̇ de
auditu exteriori. ſ. predicatiõis:
poſſum⁹ loq̇ vel de hītu. Si d̄ ha
bitu. cū ſit duplex. ſ. q̇dā acq̇ſit⁹.
ꝛ q̇dā a deo infuſus Si loq̄mur
de acq̇ſito: veꝝ ē qd̄ dic̄ apl'us ꝙ
fides ē ex auditu. ſup. p̄dicatiõis
Si de infuſo: q̄ꝛuis iſte auditus
exterior multū iuuet in adultis
hōib⁹ excitādo ꝛ diſponēdo: non
tñ̄ eſt neceſſari⁹ ſimpl'r nec ĩ par-
uulis. q̄d clarū eſt: nec etiā ĩ ad-
ultis. Si loq̇t̄ de actu fidei q̇ eſt
credere. de cõi lege nõ poteſt elici
niſi ad hītū fidei ſaltim infuſe p̄
dicatõis: nõ tñ̄ ē ſimpl'r nec̄cariū.
q̄ꝛ p̄t de⁹ aliter facere: ſupplendo
vicē agētꝭ creati. ꝛ in q̇buſdā ali
ter fecit. Sequit̄ [ Sꝫ dico ꝛc̄. ]
Ubi vltīo oñdit eē inexcuſabile
pctm̄ nõ credentiū. Et duo fac̄.
Primo em̄ oſtendit vtrum illi q̇
nõ audiunt fidem poſſint ſe per
ignorantiam excuſare. vtpote di
centes ꝙ nõ audierūt predicato
rum verba Secundo reſpondet
ꝙ nullatenus ſe poſſunt excuſa-
re. Quantum ad p̄mum ſic ſe cõ
tinuans dicit. [ Non om̄es obe-
diunt euangelio. Sed dico nun
quid nõ audierunt ] ſupple predi
catorū verba illi ſcꝫ qui nõ obe-
diunt euāgelio. vt de hoc ꝙ non
credunt poſſint ſe per ignoran-
tiaꝫ excuſare. q. d. non. quia om
nes audierunt. [ Et quidem ] id
eſt. certe. vel [ equidem ] .i. vtiq̄ꝫ.
[ In omnē terram ] q̄ꝛtum ad ter
ras medias [ exiuit ] .i. exibit. po
nit em̄ p̄teritū p futuro ꝓpter cer
titudinem. nondū eni erat iple-
tū totaliter [ ſon⁹ eoꝝ ] ſcꝫ apl'oꝝ
Sonuꝫ dico qui quadruplex eſt

Predicationis verboꝝ. Choru
ſcationis ſignoꝝ. Edificationis
meritoꝝ. Et triūphatōis tormē
toꝝ. Vel [ſonꝰ] .i. fama. [Et in
fines orbis terre] q̄ntū ad terraſ
extremas ſup̄. exiuerūt [v̄ba eo-
rū] .i. p̄dicationis ſiue auditus
p̄dicationis eoꝝ. Poteſt autē
dici ꝙ ſonꝰ dicit̄ hic ꝓpter nō cre
dentes ⁊ nō intelligentes. Ver-
ba enī imponunt̄ ad ſignifican-
dum. Ap̄li enī fuerūt illi equiva
rij ⁊ fortes q̄ diſcurrerunt ꝑ vni
uerſam terrā. de quibꝫ dr̄ Zach.
p̄mo. ⁊ vj. Felices ergo fuerunt
quoꝝ fama fuit egreſſa ad exem
plū ſc̄itatis. ⁊ doctrīa diffuſa ad
documentū veritatis. Fama di-
co egreſſa generaliter. q̄ in om-
nem terrā. ⁊ euidenter. q̄ exiuit
ſonꝰ eoꝝ. Doctrina etiā fuit dif
fuſa generaliter. q̄ in fines orbiſ
terre. ⁊ euidēter. q̄ verba eorum
Mar. vlti. Illi aūt pfecti p̄dica-
uerunt vbiqꝫ ⁊c̄. Patet igit̄ ex p̄
dictis ꝙ iſta ep̄la ꝯueniēter ē ap
tata feſto beati andree. ſibi enī p̄
fecte ꝯueniūt q̄cūqꝫ in ea ſunt de
ſcripta. Ipſe enī corde credidit.
ore confeſſus fuit. vtroqꝫ inuoca
uit. corde ſcꝫ ⁊ ore. a xp̄o miſſus
fuit. euāgeliū p̄dicauit. ⁊ euange
lizando multos ad fidē ꝯuertit
Fuit enī vnꝰ de duodecim quo-
rū ſonus exiuit in omnē terraꝫ.
quorūqꝫ verba in fines orbis ter
re. ⁊ idcirco iuſtꝰ fuit in p̄ſenti.
etiā ſic ap̄ls vocatꝰ fuit. ⁊ nūc in
patria ſalute ꝑfruit̄ eterna. quaꝫ
nob̄ ſuis meritis xp̄s ip̄e ꝯcede-
re dignet̄. Et ſacro cōcordat hec
ep̄la euāgelio qd̄ in hoc feſto le-
git̄. qd̄ ſcribit̄ Math. iiij. ⁊ inci-
pit. Ambulans ieſus iuxta ma-
re. Ep̄la nāqꝫ multū legit̄ de p̄-
dicatoribꝰ p̄mis q̄s euāgelium
vocat piſcatores hoim̄. Venite
(dixit ieſus petro ⁊ andree iaco-
bo ⁊ iob̄i) poſt me. faciā vos fie-
ri piſ. hoim̄. Ipſi enī tanq̄ȝ bo-
ni piſcatores piſcati ſunt cū rhe
ti ſcripturaꝝ infideles hoīes de
mari ꝑfidie ⁊ gentilitat̄. ⁊ collo
cauerūt eos in littore ſolido ſc̄tē
eccl'ie ſeu chriſtianitatis.

¶ De ſancto andrea Sermo. iij.

QVidecre
c ditur ad iuſticiā ⁊c̄.
vbi ſupra. O
Martyr grece teſt̄
dr̄ latine. ⁊ martiria grece dicunt̄
teſtimonia latine. martires enī ꝑ
hibent teſtimoniū xp̄o. In ip̄m
corde credēdo. Eiuſqꝫ v̄tute mi
rabil'r choruſcādo. Ac ꝑ eius a-
more mortē ſuſtinendo. Et q̄niā
beati ap̄li fuerūt p̄mi martyres.
eo ꝙ fuerūt p̄mi xp̄i teſtes. eis eī
dixit xp̄s Actuū j. Sitis mihi
teſtes ī hierl'm ⁊c̄. Seq̄tur. ⁊ vſ-
qꝫ ad vltimū terre. Dixit etiā pe-
trꝰ ⁊c̄. Actu. j. Oportet accipere
vnū ex his viris teſtē reſurrecti
onis xp̄i. Et btiſſimꝰ andreas fu
it p̄mꝰ vocatꝰ a xp̄o ad ꝑhibēdū
iſtud teſtīoniū. ſic hētur Joh. j.
Idcirco v̄bū iſtud qd̄ general'r

p̄t exponi de q̄libꝫ martyre: ſpeci
aliter appropriat̄ ſibi. Jn q̄ q̇dē
ṽbo tāgit̄ duplex teſtioniū qđ re
q̄rit̄ in q̄libꝫ martyre. ⁊ q̄ꝗ q̄dli-
bet ꝑfectiſſime ꝓhibuit iſte btūs
andreas. Primū ē teſtioniū cō-
ſcīe corā deo. ſcđm eſt teſtimoniū
euidētie corā mđo. Primū ꝑtiet
ad ꝑfectionē ſctitatꝭ. ⁊ hoc notat̄
in p̄ma clauſula. cum đr. Corde
credit̄. Scđm ꝑtinet ad ꝑfectio
nē ṽitatꝭ. ⁊ hoc notat̄ ī ſcđa clau-
ſula. cū addit̄. Ore āt cōfeſſio fit
ad ſalutē. Jn vtroqꝫ āt teſtionio
tangit tria. ſ. Agens diſpoſituꝫ.
cor. ſ. in p̄ma clauſula. ⁊ os ī ſcđa
Actū exercitū. ſ. credere ī prima
clauſula. ⁊ ꝯfiteri ī ſcđa. Finē de-
bitū. ſ. iuſticiā in p̄ñti. ī pria clau
ſula. ⁊ ſalutē ī futuro. ī ſcđa. Pri
mū igit̄ teſtioniū qđ eſt ī q̄libet
ſctō martyre. ⁊ fuit ꝑfectiſſime ī
iſto ſctō aplo: eſt teſtioniū ꝯſcīe
corā deo. qđ ꝑtinet ad ꝑfectionē
ſctitatꝭ. ⁊ hoc notat̄ in p̄ma clau
ſula. cū đr. Corde credit̄ ad iuſti
ciā. Jn hac clauſula tāgit ipſum
agens. qđ ē cordis ſctitudo. cor-
de inq̇t. ip̄m actū. q̄ eſt fidei certi
tudo. ore. ⁊ credit̄ addit ip̄m finē
q̄ eſt iuſticie rectitudo. ad iuſtici
am ſubdit. Cor igit̄ ē ip̄m agēs
a q̄ ꝓcedit ꝑfectio ſctitatꝭ. ſꝫ nō q̄
libꝫ mō ſe hñs. q2 non cor mđm
ſeu ꝑfcm̄ aliq̄ ṽtute nat̄ali: ſꝫ cor
ꝑfcm̄ ṽtute ſupnat̄ali. ⁊ nō ſolū
fide informi: ſꝫ fide formata cari
tate ⁊ opante ꝑ verā dilcōeꝫ. a ta
li corde ꝓcedit ſcitatꝭ ꝑfectio.
P Et ꝓ̄e tale cor fuit ī btō an-
drea. vñ ip̄e potuit dicere cū pſ.
Probaſti dñe cor m. ⁊ viſ. no. ⁊c̄
Habuit ei h aplꝰs cor ꝓbatū tēta
tiōe. Probaſti inq̇t dñe cor meū
Uere ꝓbauit eū đs vt approbaret.
Et bñ ꝓbauit mltiplici tētatiōe
illata ab hoſte. vtpote ꝓmiſſis.
minis ⁊ tādē ſupplicio crucꝭ.
Habuit ēt cor viſitatū ꝯſolatōe.
Et viſitaſti nocte. dic̄. viſitauit
ei eū đs mltiplici ꝯſolatōe ī no-
cte aduerſitatꝭ. Hūit ēt cor exa-
minatū paſſiōe. Jgne inq̇t me ex
amīaſti. i. igne tribulatōis ⁊ paſ
ſiōis Hūit nihilomiꝰ cor corona
tū approbatōe. ⁊ ñ ē inq̇t īuēta ī me
iniq̇tas. Minꝰ dic̄ ⁊ plꝰ ſignifi-
cat. Nō ſolū ñ fuit ī eo īuēta iniq̇
tas: ſꝫ ēt īuēta ꝑfctā ſcitas. A tali
corde ꝓcedit ꝑfectio ſcitatꝭ. de q̄
dcm̄ fuit. ſ̄. ī ſer. ſcđo de vigilia.
Dedit illi cor ad p̄cepta. eccī. xlv
Ad p̄cepta dico itelligēda: ꝓpo-
nēda ⁊ adīplēda. Actꝰ aūt ṽtuo-
ſus q̄ mediāte ꝓcedit ī hoīe ꝑfe-
ctio ſcitatꝭ ē actꝰ fidei. q̇ đr crede-
re. de q̄ h đr. corde. q2 actꝰ credē-
di nō ſolū ꝓcedit a fide: ſꝫ ēt a cor
de. de tali dico q̄le ſcp̄tū ē ſupra.
A corde q̇dē ꝓcedit actꝰ credēdi
ad quē teq̇rit̄ ꝯſenſꝰ volūtatꝭ Cū
ei cet̄a poſſit nolēs hō. credere ñ
p̄t niſi volēs. dic̄ Augꝰ. ſup Joh.
A corde ēt tli. ſ. ꝑfecto caritate ꝓ-
cedit iſte actꝰ. q2 alꝰs hō ē minꝰ vt
ad verā iuſticiā ordiatꝰ. De iſto
actu loq̇t̄ aplꝰs ī hac eplꝰa d. Dicit
ei ſcp̄t̄a. Qui credit ī eū ñ ꝯfūdet̄
vbi oñdit aplꝰs. ꝙ ṽa fides hꝫ cer
tū teſtioniū. ſ. ſcp̄t̄e. dic̄. inq̇t ſcp̄-

tura.ſ.ſacra q̄ anthonomaſice dr
ſcptura. Joh.enī vltio dicit ſal-
uatoꝛ. Hec āt ſcpta ſūt vt creda-
tis. Generale ſubiectū qꝛ oīs.ſcȝ
cuiuſcūqȝ natōis.conditōis.vel
ſex⁹.qꝛ vt dic̄ h aplꝰs.nō ē diſtin-
ctio iudei ꝛ greci.ſup.q̄ȝtum ad
credēdū.oēs ei debēt crede.nam
idē dn̄s oīm:diues ī oēs.i.ditās
oēs donis grē ꝛ glꝛe q̄ īuocāt ipȝ
Difficilē actū q̄ ē crede:credit̄ in
q̇t. Crede enī eſt act⁹ difficil' qꝛ ē
ſupꝛa facultatē nat̄e. Eſt ei act⁹
ſupnatural'.p̄cipue iſte ꝯ q̄ dice-
bat illa xp̄o Joh.xj. Ego credidi
qꝛ tu es xp̄s fili⁹ dei viui. Nō enī
pōt iſte act⁹ ab hūano cozde p̄ce-
dere niſi ſit foꝛmat⁹ ſupnat̄ali ṽ-
tute. Amabile obiectū. cū dicit ī
eū.i.ī deū.de q̄ dic̄ xp̄s mat.xxij.
Diliges dn̄m deū tu.ꝛc̄.h enī eſt
p̄mū di p̄ceptū. Et ſignāter dic̄
ī eū.qꝛ n̄ ſufficit ad iuſticiā crede
ei vel crede eū.demōes ei credūt
ꝛ ꝯtremiſcūt. Sȝ ad iuſticiā ve-
rā reqrit̄ crede ī deū vl' ī eū.i.fide
opante p caritatē tendere in ip̄m
Et certe h act⁹ multū ē difficilis
qꝛ nō ſolū reqrit fidē:vez etiaȝ ꝛ
caritatē. De iſto actu dr Joh.iij.
ꝙ q̇ credit in filiū dei hȝ vitā eter
nā.quā q̇dē hīe non eſt ſimpl'r in
p̄tāte nr̄a. Deſiderabile p̄miū.qꝛ
nō ꝯfūdet̄.ſup.ī futo iudicio (q̄ȝ-
uis ī p̄nti videat̄ a tyrānis ꝯfun
di) ymo ml'tū honoꝛabit̄.qꝛ vt di
cit xp̄s Jo.xj. Qui viuit ꝛ credit
ī me etiā ſi ꝛc̄. Propt̄ qd̄ dȝ qli-
bet hō dicere cū p̄s. Fiat dn̄e coꝛ
meū īmaculatū.i.ſine macl'a er-
roꝛ ꝛ īfidelitat ut n̄ ꝯfūdar. Ta
lē actū credēdi exercuit fides btī
andree q̇ nō ſolū ṽe credidit:ṽm
ꝛ alios crede fecit.ſic̄ dr ī legēda
Hāc fidē dicit p̄ſbiter achaie.di
dicim⁹ a ſcō andrea apl'o ꝛc̄.finē
ītra quē ꝯcludit pfectio ſctitatis
Finis dico ītra quē ē ṽa iuſticia
vn̄ ſubdit̄ ad iuſticiā. Uere p fi-
dē illā ql' ē dſcpta:eſt ī hoīe viua
ꝛ ṽa iuſticia.etiā an̄ circūciſiōeȝ
ꝛ an̄ baptiſmū.ptȝ d abꝛaham q̄
fuit iuſt⁹ an̄q̄ȝ circūciſ⁹.vn̄ dicit̄
Gen̄.xv. Credidit abꝛaā dō:ꝛ re
putatū ē ei ad iuſticiā.ꝛ tn̄ nōdū
erat circūciſus. Ptȝ etiā d coꝛne
lio q̇ fuit iuſt⁹ an̄q̄ȝ baptizat⁹.ſic̄
dr act̄.x.ꝛ abacuc.ij.dr ꝙ iuſt⁹ ex
fide viuit. Per fidē g̊ viuā ꝛ ve-
rā eſt ī hoīe iuſticia.ſine q̄ nunq̄ȝ
fuit. Un̄ dicit aplꝰs ad Ro.iij. ꝙ
ex opib⁹ leg nō iuſtificat̄ oīs ca-
ro.ſeq̇t̄. Juſticia āt dei p fidē ie-
ſu xp̄i in oēs ꝛ ſup oēs q̄ credūt ī
eū. Q. Sed quō dr ꝙ cozde
credit̄ ad iuſticiā.q̄ī puulis bap-
tizatis ſit iuſticia alias deceden-
tes damnarēt̄.ꝛ tn̄ nō credūt.qꝛ
ꝯſentire nō p̄nt Dic ꝙ credāt ha
bitu:q̄ȝuis nō actu.hn̄t enī hītū
fidei etiā foꝛmatū caritate. Uel
dic ꝙ loquit̄ apl'us ſolū de adul
tis in quibus eſt poſſibilitas ad
credendū. De iſto aūtē fine ſan-
ctitatis qui eſt vera iuſticia (que
eſt ꝯſumatio ſctitat ī vita p̄nti)
dicit ſaluatoꝛ Mat.vj. Primū
querite regnum dei ꝛ iuſticiam

eius. ⁊ hec om̄ia adijcient̃ vobis
Ubi finis vltimꝰ ſimpl'r quē at-
tingit p̄ſens iuſticia. ſi tñ ſit vera
Oſtendit̃ intencōe pͥmꝰ. vnde di
cit. pͥmū querite. Dignitate ſū-
mus. vnde dicit. regnum dei. q̄
nihil eſt dignꝰ. nihilq̃ꝫ nobiliꝰ
poteſt eſſe. Equitate rectus . vñ
ſubdit. ⁊ iuſticia eius. i. ꝑ quam
acquiritur regnuꝫ dei q̄ eſt iuſti-
cia vera: ꝑ quā homo infert ſibi
violentiam ꝯtra paſſiones Mat
thei. xj. Regnū celoꝝ vim patit̃
⁊ violenti rapiūt illud. Utilita-
te plenꝰ: q2 ꝯcludit. ⁊ hec omnia
ſcꝫ vite p̄ñtis neceſſaria adijcien-
tur vobis. Talem aūt finē ſup̄.
ad vitā p̄ſentē p̄ſtituit ſibi beatꝰ
andreas. vñ vere iuſtꝰ fuit. Sic
em̄ ⁊ ppl's vocabat eū cū dicebat
egee ꝓconſuli. Concede nob̄ ho-
minē ſanctū. redde nobis homi-
nem iuſtū. deo carū. manſuetum
⁊ piū. Hic aūt btūs martir ⁊ p̄ci
puus xp̄i teſtis. habuit pͥmū te-
ſtimoniū quod ꝑtinet ad ꝑfectio
nē ſanctitatis. ſ. teſtimoniū ꝯſci
entie corā deo. Sequit̃ ſcd̄a clau
ſula in qua oſtendit̃ ꝙ habuit ⁊
ꝓtulit ſcd̄m teſtimoniū. ſ. euidē-
tie corā mūdo. quod notat̃ cum
d2. Ore auteꝫ ꝯfeſſio ⁊c̄. In quo
quidem teſtimonio agens eſt ꝯ-
fitentis vtilitas. q̄ notat̃ cum di
citur. ore. Actus eſt confeſſionis
veritas. q̄ notat̃ cum d2. ad ſalu-
teꝫ. ꝯfitentis virilitas notatur ī
ore. homo em̄ virilis qualis fuit
btūs andreas (qui virilis inter-
pretat̃.) non ſolū ap̄it os cordis
ad credēdū. iuxta illud ps̄. Os
iuſti meditabit̃ ſapiam. verum
etiā aperit os corꝑis ad ꝯfitēdū.
vt dicat̃ de ipſo illud Malach.
ij. Lex veritatis fuit in ore ipſius
Uere xp̄i veritas fuit in ore bea-
ti andree. ſicut apparet in legēda
ſua. vñ poterat dici illud ps̄. Lo
quebar de teſtimonijs tuis. ⁊c̄.
Confeſſionis aūt veritas notat̃
cū d2. ꝯfeſſio. q̄ includit duplicē
actū. ſ. cordis ⁊ oris. qui em̄ pro
fert exterius quod hꝫ interius in
corde: loqui poteſt: ſed nullo mō
ꝯfiteri.. quod eſt idē qd̄ ſimul fa
teri. Iſta āt ꝯfeſſio veritatis (⁊ ſi
ſit actus multū arduus: p̄cipue
vbi eſt ꝯminatio mortis) eſt actꝰ
meriti ſūmi. Uñ ſaluator Luc.
xij. dicit. Ois quicūqꝫ confeſſus
fuerit me corā hoīb9: ⁊ filiꝰ hoīs
ꝯfitebitur eū corā angelis dei. q̄
autē negauerit me corā homini-
bus: denegabit̃ corā angelis dei.
Certe btūs Andreas fuit preci-
puus ꝯfeſſor xp̄i: nō timens etiā
ſupplicium crucis ſicut apparet in
legenda. Finis aūt huiꝰ ꝯfeſſiōis
eſt fruitōis felicitas. que notatur
cum dicit̃. ad ſalutē. Sed cōtra.
paruuli baptizati nō ꝯfitent̃ ore
⁊ tñ diſcedentes ꝯſequentur ſa-
lutem. Dic ꝙ parentes eorū cō-
fitentur ꝓ ipſis. vel loquitur tm̄
apl'us de adultis. in quib9 ē poſ
ſibilitas cōfitendi. Hec ſalꝰ que
eſt vita eterna eſt finis iſtius cō-
feſſionis. que ſupponit verā fidē.

Unde dr̄. j. Petri. j. Cuſtodimī
ꝑ fidem in ſalutē. Et ibidē dicit.
Finem fidei veſtre ſalutem aīa-
rum vr̄aꝝ credentes exultabitis
ſup. eternaliter in noīe xp̄i Joh.
vltimo. vt credentes vitā habea-
tis in noīe ei⁹. Et certe beat⁹ an-
dreas q̇ fuit corde credens ⁊ ore
ꝯfitens. aſſecut⁹ eſt hanc ſalutē
quia vt dr̄ Joel. ij. Omnis qui-
cunqꝫ inuocauerit nomen dn̄i. i.
filium dei patris. corde credēdo
⁊ ore ꝯfitendo vocauerit: ſaluus
erit. Quā quib ſalutē. ⁊c̄.

## De virginib⁹. Sermo. j.

Deſpōdi uoſ vni viro. virginem ca-
ſtam exhibere chriſto.
ij. ad Corinth. xj. R Queli
bet fidelis anima integre ꝯfitēs
fidem catholicam virgo dicitur
⁊ ſpōſa chriſti. annulo fidei ſub-
arrata. dicit em̄ h glosa ꝙ virgi-
nitas cordis eſt fides īcorrupta.
Xp̄s etiā dicitur ſponſus decem
virginum. ⁊ tn̄ quinqꝫ ſūt fatue.
id eſt. cum fide catholica nō ha-
bent oꝑa vera. Matth. xxv. Si
āt fides ip̄a ſit formata caritate ⁊
ꝑ dilectiōem oꝑans. tūc ē anima
⁊ v͛go xp̄i ꝑ integritatem fidei ⁊
ſponſa xp̄i cara ⁊ dilecta: in do-
mū celeſtis patrie traducenda.
chriſti amplexibus aſtringenda.
Si em̄ ꝑſona in ſexu fragili ⁊ fe
mineo cū iſtis q̄ dicta ſūt ſit inte
gra carne ⁊ mēte: ⁊ firmo ꝓpoſito
excludēdo a ſe ſꝑ oēm actū vene-
reū: tūc eſt ⁊ virgo ⁊ ſponſa cara
ſpēali dyademate coronāda. vn̄
⁊ ſi apl's ꝓponat verbū iſtud in ꝑ
ſona ſpūſſancti cūctis ſanctis vir
ginib⁹ de q̄b⁹ eccl'a ſolēnizat. ⁊ in
ꝑſona cuiuſlibet ꝯſecrantis ep̄i
ſanctimonialibus ꝯſecratis ſub
iſto ſenſu. [Deſpōdi vos. i. quā-
libet veſtꝝ [vni] nō m'ltis [viro]
ſup. legitimo. nō adultero. qui ē
dei fili⁹. [virginē caſtā]. i. carne
⁊ mente incorruptam. [exhibere
xp̄o]. i. ad exhibendū vos in die
iudicij ſponſo venienti: vt parate
⁊ ornate intretis cū eo ad nupti-
as paradiſi. Et videte ꝙ in iſto
verbo ſpūſſanctus vel ep̄s deſpō
ſans breuiter q̄ttuor tangit. ſcilꝫ
Deſponſantis auctoritatem. De
ſpōſate integritatē. Deſponſati
nobilitatē. Deſpōſatōis vtilitatē
Primū notat̄ cū dr̄ Deſpondi.
Auctoritatis em̄ ſūme ē ſpiritus
ſanctus virgines ſacras ꝑ grām
chriſto dedicās. q2 de⁹ eſt Jo. iiij.
Spūs eſt de⁹. Eſt enim magne
auctoritatis ep̄s ſanctimoniales
ꝯſecrans. q2 xp̄i vicarius eſt. Et
notandū ꝙ tota trinitas deſpon
ſat ſibi ſicut ⁊ xp̄s ſanctas virgi-
nes: appropriate tn̄ ſpūſſanctus.
xp̄s aūt homo eaſdem ſibi deſpō
ſat. Tota trinitas deſponſat per
caritatem quā infundit. iuxta il-
lud Hiere. ij. Recordat⁹ ſum tui
(dicit trinitas ſacre virgini) miſe
rans adoleſcentiā tuā: ⁊ caritatē
deſponſationis tue. Xp̄s aūt hō
deſpōſat eas ſibi ꝑ nāe ꝯformi-

tatem quã aſſumpſit. vnde ⁊ ip̃e
ſp̃ealiter ſponſus virginuꝫ dicit̃
Math. xxv. Ip̃e etiã dicit cuili-
bet ſacre virgini Ozee. ij. Spon
ſabo te mihi in ſempiternũ in iu-
ſticia ⁊ iudicio ⁊ in miſericordia
⁊ miſeratiõibꝫ. ⁊ ſponſabo te mi-
hi in fide. ❡ Ubi ſciendum
ꝙ iſta deſponſatio iniciat̃ per g̃-
tiam. ratificat̃ per ꝯſtantiã. pub
licat̃ per facti euidẽtiã. vtpote ꝑ
ꝯſecrationem. per voti ſolennis
emiſſionẽ. ⁊ per omnis mortalis
vicij reſpuitionẽ. ꝯſumabit̃ autẽ
per glĩam. Iſta dico deſponſatõ
nõ ſolũ reqrit v̾ginitatẽ carnis ⁊
mentis: ſed etiã requiret iſta que
hic dicunt̃. ſ. iuſticiã quo ad deũ
id eſt diuine legis impletionem
⁊ iudiciũ ſup. quo ad ſeip̃m. id ẽ.
culpe ꝓprie punitionẽ ⁊ emenda
tionẽ. ⁊ miſericordiã ac miſera-
tiones quo ad ꝓximuꝫ. Miſeri-
cordiã quidẽ. i. fraternã ſubleua-
tionẽ. ⁊ miſeratiões. id eſt eiuſdẽ
multiplicẽ cõpaſſionẽ. Iteꝝ eti-
am requirit fidẽ. i. fidei catholi-
ce ꝓfeſſionẽ. ⁊ nuptialis thori il-
libationẽ. Uere talis ſp̃õſa xp̃i ẽ.
⁊ ab ip̃o dilecta ⁊ ab ip̃o erit ſp̃ea
liter coronata. vñ ſibi dicet ĩ fine
illud Canc. iiij. Ueni de libano
ſponſa mea. veni de libano. ſ. cã-
dide virginitatis. veni coronabe
ris. ſup. aureola. q̃ erit in glĩa ſpe
cialis felicitatis. Dicit aũt ſignã
ter ſponſabo te mihi imꝑpetuũ.
quia hec deſp̃õſatio ex ꝑte xp̃i eſt
ꝑpetua. ⁊ certe ex ꝑte v̾ginis per

petuitatẽ reqrit. ❡ Sꝫ qd eſt Je-
remie. ij. c. innuit ꝙ interdũ v̾go
obliuiſcit̃ ornamẽti ſui. ⁊ ſponſa
faſcie pectoralis ſue. Interdum
eñ v̾gines xp̃o deſp̃õſate obliui
ſcũt̃ ornamenti ſui. ſ. ſp̃ũalis. qḋ
ex virtutibꝫ p̃dictis ꝯſtituitur. ⁊
ſp̃õſa interdũ obliuiſcit̃ faſcie pe
ctoralis ſue. i. fidelitatis quaꝫ ꝓ-
miſit ſp̃õſo admittens virũ alie-
num. Unḋ de talibꝫ p̃dixit ille ꝓ
pheta Ozee. iiij. Filie veſtre for-
nicabunt̃. ⁊ ſp̃õſe veſtre adultere
erũt. Sꝫ tñ nõ talis fuit v̾go iſta
ſancta Lucia. vel ſancta Cecilia.
ſeu Catherina. aut quecũqꝫ alia.
Ip̃a eñi nunq̃ꝫ fuit oblita orna-
mẽti ſui ſp̃ealis nec ſue faſcie pe-
ctoralis. i. fidelitatis quã xp̃o ꝓ
miſit. Et iõ ip̃e qui eſt dñs om-
niũ dilexit eam. Uñ de ip̃a Sap̃
viij. dr̃. Hanc amaui ⁊ exquiſiui
eaꝫ a iuuẽtute mea. ⁊ queſiui ſp̃õ
ſam mihi eã aſſumere. ⁊ amator
factus ſuꝫ forme illius. Et ſigñ
ter dicit. a iuuentute mea. qꝛ ſta-
tim cũ fuit ꝯceptus ſm carnem
in maria virgine: ſtatim cogita-
uit eam aſſumere ſibi in ſp̃õſam
Scḋm aũt notat̃ cũ addit̃. Uos
virginẽ caſtam. i. quãlibet veſtrũ
tanq̃ꝫ v̾ginem caſtã. Ille eñ qui
ſemꝑ virgo eſt ⁊ filius matris ſꝑ
virginis ⁊ amator ac corona ſcã
rũ virginũ nõ deſp̃õſat ſibi ſic n̄
decet ſponſam aliquã niſi etiam
ip̃a ſit virgo caſta. Sed q̄re addi
tur caſtam. nunqḋ nõ ſufficiebat
dicere v̾ginẽ. Dõm ꝙ nõ vacat a

miſterio ꝙ iſta duo verba iūgūť
ſcʒ virginē caſtā. vñ ſenſus eſt. i.
mēte ⁊ corꝑe incorruptā. ſiue ſpi
ritu ⁊ mente ſanctā. Scḋm eniʒ
Jeronymū in libro ꝯtra Helui
diū. Hec eſt diffinitio virginis
ſctām eſſe ſpū ⁊ corꝑe. q2 nihil ꝓ
deſt carnē habere virginē ſi men
te etiā quis nō ſit. Uel ſic. Uirgi
nē caſtā. i. ſenſibꝫ clauſam ⁊ obſe
ratam. vt ſit virgo ꝑ carnis mū
diciā. ſed ſint q̇nqʒ virgines per
q̇nqʒ ſenſuū clauſurā ⁊ cuſtodiā
Uirginitas enī ſm̄ Jeronymuʒ
in ep̄la ad Furiā. ſiue pudicicia
ſine ſuis comitibꝫ. ſ. parcitate vi
ctus ⁊ ꝯtinentia q̇nqʒpartita ab
actibꝫ illicitis: fidem ſui facere ñ
pōt. Uñ apl's timēs de virgib⁹
ꝙ ꝑ ſenſus nō cuſtoditos ꝑdant
veram ꝯtinentiā. dicit infra ſcḋa
ad Corinth. xj. Timeo ne ſic̄ ſer
pens. i. diabol⁹ in ſpē ſerpētꝭ ſe
duxit euā. que tñ erat virgo ī pa
radiſo. ita ſenſus veſtri. male ſup
ple ꝑ vos cuſtoditi excidant. id ē
vos excidere faciant a ſimplicita
te que eſt in ieſu xp̄o. i. a ſimplici
⁊ vnico amore ieſu xp̄i. Uel ſic.
virginē caſtā. i. de virginitate ſpi
ritualiter letā. Nō em̄ eſt ꝓprie ꝟ
go caſta niſi que eſt de ſua virgi
nitate ſpūaliter leta ⁊ integrita
te ⁊ a deo oleo leticie intrinſecus
vncta. Talis reuera ſm̄ Auguſt.
habet oleū ſecū. i. ſpūalē leticiam
in corde. Multe em̄ ſunt que nō
gaudent de ſua integritate corꝑa
li: ſed potius triſtanť ſimiles illi
filie iepte que flebat in montibꝫ
virginitatē ſuam. Et certe iſta ē
magna fatuitas vri carne ⁊ fri
gi in ſartagine regis babylonis.
et nullum de hoc meritū reporta
re. Uel ſic. virginē caſtā. i. ſanctiſ
oꝑibꝫ ſollicite intentā. Dicit em̄
Aug. in libro de ſancta virgini
tate. ꝙ caritas eſt cuſtos virgini
tatis. Charitas dico ꝙ eſt amor
dei. qui ſm̄ Gre. nunq̄ʒ eſt ocio
ſus. oꝑať enī magna ſi eſt. ſi autē
oꝑari renuit: iam amor non eſt.
Reuera ſine tali cuſtode. ſ. ſñ ca
ritate magna faciēte: virginitas ī
aliquo diu manere ñ poteſt. Ec
ce igiť qualē decet eſſe ſponſā xp̄i
quia virginem caſtā. i. mēte ⁊ car
ne incorruptā. ſenſibꝫ clauſaʒ in
ſua integritate ſpūaliť letā. Hec
eſt illa virgo de qua dicit apoſto
lus. j. ad Corint. vij. ꝙ virgo co
gitat q̄ ſunt dñi. vt ſit ſancta ſpi
ritu ⁊ corꝑe. Talis vtiqʒ fuit q̄
libet iſtarum virginū. ꝓpter qḋ
dictum fuit. Jocunduʒ deo ī tua
virginitate habitaculum ꝑ̄para
ſti. Dictumqʒ fuit Cecilie. Iſtas
coronas īmaculato corde ⁊ mū
do corpore cuſtodite. quia de pa
radiſo dei eas attuli ad vos. Et
ip̄a dicebat ſoli deo ꝯcātans. Fiat
dñe cor meū ⁊ corp⁹ meū īmacu
latū vt ñ ꝯfūdar. ⁊ biduānis ⁊ tri
duanis ieiunijs orās cōmēdabat
dño qḋ timebat. Agnes ēt dixit
ḋ xp̄o ſpōſo ſuo quē cū amauero
caſta ſū. cū tetigero mūda ſū. cū ac
cepo ꝟgo ſum. Btā catheriā ꝓpť

iſtam virginitatē miſit lac mana
re ꝑ ſanguine cum decollaretur.
meruit nō in valle: ſed in monte
ꝛ manibus angelicis tumulari.
Tumulationi etiā agathe virgi
nis angelꝰ domini aſtitit. ſꝫa ſcḿ
Hieronymum. Semꝑ angelis
cognata eſt virginitas. Sic etiā
poſſumus dicere de quibuſlibet
alijs virginibus. ꝙ fuerunt vir⸗
gines caſte. ac ꝑ hoc pulchre. iu⸗
xta illud Sap. iiij. O q̄ꝫ pulcra
eſt caſta generatio cum caritate.
V Sed prochdolor mlt̄e ſūt
que emiſerūt votum virginitatꝭ
ꝛ fuerunt ſolenniter conſecrate ꝛ
violauerunt thoꝝ virginalem. ꝛ
mentite ſunt fidem. alique q̄dem
q̄ꝫtum ad carnis integritatem.
ꝛ multe q̄ꝫtum ad mētis integri
tatem perdiderunt virginitatem
De quibꝰ ꝓpheta merens ꝛ lacri
mans dicit Hiere. ix. ꝛ. xiiij. De⸗
ducant oculi mei lacrimas ꝑ diē
ꝛ noctem: ꝛ non taceant. qꝛ con⸗
tritione magna contrita eſt ꝟgo
filia populi mei. ꝛ. xviij. dicit ita
Quis audiuit talia horribilia:
que fecit nimis virgo iſrahel. q̄ſi
di. multum eſt horribile talia au
dire. propter qđ ꝛ quelibet talis
multum plangere debet. Unde
cuilibet tali dicitur Iohelis ꝑmo
Plāge quaſi virgo accincta ſac⸗
co. ſuper virum pubertatis tue.
Plange dꝛ quaſi virgo tū carne
tum mente. Plange dico accin⸗
cta ſacco. in ſignū penitentie. Et
bene ſacco. qꝛ amiſiſti annulum

fidelitatis. cinctoriuꝫ caſtitatis.
amictū caritatis. coronā digni⸗
tatis. ꝛ plange ſic accincta ſuper
viruꝫ pubertatis tue. i. ſuꝑ xp̄m
ſponſum ac ducem virginitatis
tue. quem dereliquiſti adherēdo
alij qui dedit tibi libellum repu
dij tanq̄ꝫ meretrici. Tertiū nota
tur cū dicitur vni viro. i. xp̄o qui
eſt ille vir de quo dꝛ Iere. xxxj. c.
Nouū creauit dn̄s ſuꝑ terram.
femina circūdabit virū. i. virgo
mater vtero ſuo circūdedit xp̄m.
qui ſic fuit vir ꝑfectus in matris
vtero (q̄ꝫtum ad aniam) ſic nunc
eſt in celo. Hic eſt ille vnꝰ vir de
quo dꝛ Eſaye. iiij. Apprehendent
ſeptem mulieres. i. cuncte ſa⸗
cre virgines virum vnū. i. xp̄m.
et ſponſum ſuū qui ſpūaliter fe⸗
cundat ipas. Hic eſt iſte vnꝰ pre
ter quē nemo eſt a crimine mun⸗
dus. de q̄ dicit ꝓpheta in pſ. Nō
eſt qui faciat bonum: nō eſt vſqꝫ
ad vnū. ſcꝫ xp̄m. qui pro tāto vir
vnus dicit̄. ꝙ in omni ꝑuilegio
ſingularitatē habet. Habet eniꝫ
ſingularē exiſtentiā. qꝛ deꝰ ꝛ ho⸗
mo. ſingularē eminentiā. q̄a rex
regum. ſingularē ſufficientiā. q̄a
dn̄s vniuerſoꝝ. et ſingularē effi⸗
caciam. quia viuens ꝛ moriens
mortuus ꝛ īmortalꝭ exiſtēs. fuit
et eſt ſumme efficax ꝛ virtuoſus
Iſti viro eſt ornata non ſolū ſpō
ſa principalis. que eſt eccleſia. ſꝫ
etiam quelibet ſancta virgo chri
ſti ſponſa. De quarum qualibet
dicit Iohānes Apocalipſis. xxj.

Uidi ciuitatem ſanctã hieruſa-
lẽ ꝛc. Eſt enĩ quelibet ſancta vir-
go ciuitas ad xp̃i habitatõez. ſã-
cta per mentis ꝛ carnis incorru
ptionẽ. ieruſalẽ per paſſionũ qui
etationẽ. noua per ſexus fragilis
virtuoſam congreſſionẽ. qḋ fuit
vnũ de miraculis potentie dei.
deſcendentẽ de celo. per celeſtem
ↄuerſatõem. paratã per meritoꝝ
aggregationẽ. ornatã viro ſuo p̱
eternã ſpẽalem aſſociatõnẽ. Hu
ic viro debent adherere iſeꝑabili
ter ↄſecrate. ꝛ que fecerunt virgi
nitatis votũ ſuo viro. ſic iſte ſã-
cte virgines. de quibꝫ iam dictũ
eſt. Inſeꝑabiliter adheſerũt. Si
aũt ↄtingeret (qḋ deus auertat)
ꝙ aliq̃ per aliq̃d mortale pecca-
tũ ab iſto viro diſcederet: debet
dicere illud verbũ qḋ ſcribit̃ O-
ſee. ij. Reuertar ad virũ meũ p̄
orem. quia bene mihi erat tunc:
magis q̃ꝫ nunc. Reuertar debet
dicere per penitentiã. q̃m ꝛ ſi vir
ginitas carnis ſit irreꝑabilis et
aureola irrecuꝑabilis: pnĩa tñ ẽ
poſſibilis. pnĩa ꝛ acceptabil' apḋ
deum. Quartũ ꝛ vltimũ notat̃.
cuꝫ dicit̃. exhibere xp̃o. id eſt ad
exhibitionẽ cuiuſlibet veſtꝝ xp̃o
veſtro ſponſo in die iudicij. imo
etiã et hora mortis veſtre. Hec eĩ
eſt vtilitas huius deſponſatõis
ſcꝫ ꝙ quelibet exhibebit̃ xp̃o ſpõ
ſo ſpẽali gloria coronanda.

¶ Sciẽdũ aũt ꝙ ad hoc ꝙ
aliqua virgo ſit exhibẽda xp̃o in
die iudicij requirit̃ ꝙ in vita ſua
ſe exhibeat ad quattuor. videlicꝫ
ad ſeruiendũ humiliter. ad dili-
gendũ fideliter. ad confligendũ
viriliter. ꝛ ad moriendũ finalit̃.

Primo dico oportet ꝙ ſe ex-
hibeat xp̃o ad ſeruiendũ humili
ter. Sponſe eñ xp̃i virgines ſũt
ſpẽales ſeruitrices ꝛ ancille. vñ ꝛ
virgo virginũ mater xp̃i voca-
uit ſe humilẽ eiꝰ ancillã dñi. Luce
ij. Reſpexit dñs humilitatez an
cille ſue. Et verꝫ ad virginitatẽ
cuſtodiã humilitas requirit̃. q̇a
ſm̃ Augu. in libro de ſancta vir-
ginitate. caritas eſt cuſtos virgi
nitatis. ꝛ humilitas eſt locꝰ cari
tatis. Sine caritate ergo non p̄t
diu cuſtodiri virginitas. qꝛ cari
tas eſt cuſtos eius. qꝛ ſine humi
litate nõ poteſt eſſe caritas. qꝛ hu
militas eſt eius locꝰ. ergo ſñ hu
militate non poteſt diu manere
virginitas. virginalis etiã conti
nentia cum eſt perpetua: ſũma ẽ
victoria. Soli autẽ virgines. ſꝫ
btm̃ auguſtinũ. ď omnibꝰ hoſti
bus victores exiſtũt. Oportꝫ er
go ꝙ virgo ſe exhibeat ad ſeruiẽ
dum xp̃o humiliter. Plus eniꝫ
placet deo. ſm Auguſti vbi ſup̄.
coniugata humilis q̃ꝫ virgo ſu-
perba. ꝓpter quod ꝛ iſte vir virgi
nalis paulus dicebat fidelibꝰ et
ſpecialiter virgibꝫ. ſcḋa ad Co-
rinth. vj. In omnibꝫ exhibeamꝰ
noſmetip̃os ſicut dei miniſtros.
id eſt ſicut humiles ſeruitores. ꝛ
ad Romanos ſexto dicit. Exhi-
bete membra veſtra. ſuꝑple tam

corpoꝛiſ q̃z anime ſeruire iuſticie
in ſanctificationem. Jlle aūt ex-
hibet ſe ad ſeruiendum iuſticie
qui membra ſua exhibet ad ſui
endum chriſto. Secundo di
co ꝙ debet ſe exhibere chriſto ad
diligendum fideliter. Maioꝛ di
lectio que fit inter homines eſt ī
ter ſponſum carnalem ⁊ ſponſaꝫ
Et certe maioꝛ debet eſſe inť ſpō
ſum celeſtem ⁊ ſponſam ꝟgineꝫ
quia foꝛtius eſt vinculum ſpūa
le q̃z carnale. Jn figura autem il
li parentes ſare ſponſe Thobie
iunioꝛis monuerunt eam hono-
rare ſoceros. diligere maritum.
regere filios ⁊ familiam. guber
nare domum. ⁊ ſeip̄am irrepre-
henſibilem exhibere. Maritus
iſte quem debet ſponſa virgo di
ligere eſt ieſus chriſtus. quē cuꝫ
magis amat: magis eſt caſta. cū
ſtrictius tangit: magis eſt mun
da. cum inſolubilius accipit: ma
gis eſt virgo. Jſti autem ſoceri
quos debet honoꝛare: ſunt deus
pater. qui maritum eius genuit
ſm diuinitatem. ⁊ virgo mater.
que virtute ſpiritusſancti ipſum
genuit ſm humanitatem. Filij
autem iſti ⁊ familia quos debet
regere: ſunt actus intellectuales
geſtus affectuales. motus ſpūa-
les. ⁊ geſtus coꝛpales. Primi fi
lij bene reguntur cum eis cauc-
tur ab erronea opinione. Secū-
di autem bene reguntur cum eiſ
cauetur ab inoꝛdinata affectiōe.
Tertij autem bene reguntur cuꝫ
eis cauetur ab omni coꝛpoꝛali e-
uagatione. Quarti autem bene
reguntur cuꝫ eis cauetur ab om
ni diſſolutione. Domus autem
iſta quam debet ſponſa intrare ē
ip̄a ſua conſcientia. in qua q̇deꝫ
domo chriſtus intrans cenat cū
virgine ſponſa. ſicut ip̄e dic̄ A-
pocalipſis. iij. Reuera ſic ſe habꝫ
virgo ſponſa chriſti: tunc irrepre
henſibilem ſe exhibet coꝛam eo.
y Tertio debet ſe exhibere
chriſto. ad confligendum ꝓ chri
ſto viriliter. Et confligendū di-
co cum carne per abſtinentiam.
clauſuram ſenſuum. ⁊ caſtitatē.
cum mundo per contemptū ter-
renoꝛum ⁊ liberalitatē. cum dia
bolo per veram humilitatem. cū
malis hominibus per patienti-
am ⁊ ſtabilitatem. Opoꝛtet enī
in ſexu fragili foꝛtitudinem ma
nere vt ſit foꝛtitudo ⁊ decoꝛ in-
dumentum eius. Prouerbioꝛū
vltimo caplo. Unde ſm Jero-
nymum ad principiam virginē.
Gentilis erroꝛ deas virgines di
xit eſſe armatas. quia virginitas
ſemper habet gladium pudici-
cie: quo truncat carnis opera. et
ſuperat voluptates. ſm illō pſal
miſte. Accingere gladio tuo ſup
femur tuuꝫ potentiſſime. ⁊c̄. Et
ſm eundem in epiſtola ad Furi
am. Grandis virtutis eſt ⁊ ſolu
citate diligentie (loquitur cū vir
gine) ſuperare ꝙ nata ſis. in car
ne non carnaliter viuere. tecum
pugnare quottidie. ⁊ hoſtem in

cluſā in diuino ſpiritu ſubiuga-
re. Debet ergo ſe exhibere ad cō
fligendum ꝛc̄. Unde dicit eis a
poſtolus ad Romanos ſexto. c.
Nō exhibeatis membra veſtra
arma iniquitatis peccato: ſed ex
hibete vos deo. id eſt ad honorē
dei. tanquam ex mortuis viuen-
tes. id eſt in carne mortali ꝛ ex ſe
xu fragili viriliter. ꝛ membra ve
ſtra arma iuſticie deo. Quar-
to dꝫ ſe exhibere chriſto ad mori
endum pro chriſto finaliter. De-
bet enim non ſolum chriſto de-
dicare animam: ſed etiam cor-
pus chriſto offerre in hoſtiam: nō
ſolum per maceratōnem: ſed eti
am per martyriꝗ tollerationē. iux
ta illud quod dicit idem apoſto
lus ad Romanos duodecīo ca
pitulo. Obſecro vos per miſeri
cordiam dei vt exhibeatis corpo
ra veſtra hoſtiam viuentem. ſan
ctam. deo placentem. Corpꝰ enī
virginale quamuis pro chriſto
mortuum dicitur hoſtia viuens
per anime caritatem. ſancta id ē
firma per anime ſtabilitatē. deo
curatori ſuo. xp̄o. ſ. in fine mun-
di. Uoca operarios ꝛ redde illis
mercedē Matthei. xx. Iſta mer
ces magna eſt: ꝓpter immenſi-
tatem. Pulchra propter ſinceri
tatem. Juſta: propter equalita-
tem. Placita propter iocundita
tem. Longa propter eternitatē.
Eſt autem merces illa mag-
na propter immenſitateꝫ. qꝛ de⁹
ip̄e qui eſt immenſus eſt merces
iuſtorum. Unde Geneſ. xv. dixit
deus. Ego protector tuus ſum:
ꝛ merces tua magna nimis.
Eſt pulcra propter ſincerita-
tem. quia fructus virginalis vte
ri ſincer⁹. purus. floridus ꝛ im-
maculatus: merces eſt ſanctorū.
qui ſunt dei filij adoptiui. iuxta
illud pſ̄. filij merces fructus vē-
tris. Filij ſuꝑ. adoptiui. id eſt cu
iuſlibet iuſti qui eſt fili⁹ adopti
uus per grām merces ſuꝑ. erit
in patria fructus ventris. ſ. ma-
rie filius iheſus chriſt⁹. De quo
dixit ipſe angelus marie eidem
virgini Benedictus fruct⁹ ven-
tris tui. H Eſt etiam iuſta
propter equalitateꝫ. non ꝙ om-
nes eam equaliter ꝑcipiant. ſed
equaliter laborantibus. ꝛ ex eq̄li
caritate debetur equaliter. iuxta
illud apoſtoli ꝑme ad Corinthi.
iiij. Unuſquiſqꝫ ꝓpriam mercedē
accipiet ſm̄ ſuū laborem. Et di-
co ſignanter ex equali caritate.
quia min⁹ laborantibus ex ma-
iori caritate poterit eſſe equalis
vel maior merces. Illi eīm q̇ ho-
ra. xj. venerūt ī dn̄icā vineā labora
uerūt ex maiori caritate q̄ꝫ q̇ pri
mo venerant: idcirco acceperūt
ſingulos denarios ꝓ mercede. ſic̄
illi qui portauerūt pondus diei
et eſtus Math. xx. quod eīm la-
bori defuit hoc ſuꝑpleuit maio-
ritas caritatis. Eſt etiā placi-
ta ꝓpter iocunditatē. iocūde eīm
reddet. ꝛ cū iocūditate ꝑcipiet a
ſanctis om̄ibꝫ. iuxta illd̄ ſaluato
ris Mat. v. Gaudete ꝛ exultate
ī iſta die. ecce eīm merces vr̄a co-
pioſa eſt in celis. Signanter aūt
dr̄ Gaudete et exultate: quia per
cipientes hanc mercedē gaude-
būt gaudio exteriori. iuxta illud
pſ̄. Letamini ī dn̄o ꝛ exul. iuſti.

Eſt dico vltimo longa propter eternitatem. iuxta illud quod dicit ſapiens Eccl. xviij. Nō verearis iuſtificari vſq ad mortē. qm̄ merces dei manet in eternū. Patet igitur quanta ꝛ qualis ē merces que debetur laboribꝰ ſanctorum. Quod ipſi attendentes laborauerūt fideliter ꝛ hylariter vt hac mercede digni eſſent. Jſta mercede glorioſa mali ꝑuabunt. Jllis enim dicit ſaluator Mat. vj. Mercedem nō habebitis apd patrē veſtrū q̄ in celis eſt. Tales enim in hac vita mercedem ſuā recipiunt. Unde dixit chriſtꝰ de ipſis Math. vj. Amen dico vobis receperūt mercedem ſuā. Et loquitur ad lrām de illis qui predicando ꝛ orando vel ieiunando vel q̄cūq mala vitando plus homines reſpiciūt q̄ ipm̄ deū. Tales enim apud homies mercedē ſuam recipiūt: idcirco nullā hn̄t apud deum mercedem. Sed illi mercedem iſtam glorioſam accipient q̄ deū p̄ncipaliter attendunt in ſuis laboribꝰ. ꝛ qui chriſtum patienter expectant ꝛ ſuſtinent donec veniat vnicuiq ſm̄ opera ſua redditurus. Dicamꝰ ergo orando illud Eccl. xxxvj. Da mercedē dn̄e ſuſtinentibus te. vt prophete tui fideles inueniantur. q̄ electis hominibꝰ huiuſmodi ꝑmiſerūt. Quā nob ꝛc.

## De ſancto Johanne baptiſta Sermo primus.

IN diebus illis. [Factū eſt verbū dn̄i ad me dicens ꝛc.] Jere. j. J Inter puros homines ſūma fuit Johānis baptiſte ſanctitas. Unde dicit ſ ipo Cryſoſtomꝰ oml. iiij. ſup Mattheū q̄ imitabilis fuit conuerſatio eius. omniū em̄ hoim vita in comparatione ſue culpabilis apparebat. ſicut veſtis pulcra iuxta niuem poſita aliquantulū apparet nigra. propter quod verba dicta ad lrām de ſanctiori ꝓpheta veteris teſtamenti ſcʒ de Jeremia. ꝛ de xp̄ianiori noui teſtamēti: imo de ſancto ſanctorū ihesu chriſto: accipit ſancta mater eccleſia in vigilia ſui feſti ꝛ in ipſo feſto tanq̄ dicta ad lrām de Johanne. Et hoc quid ſatis ꝯgrue ꝓpter magnam ſimilitudinē que fuit inter Johannem ꝛ Jeremiā Jnter iohannem etiā ꝛ ſaluatorem noſtrū verba dicta de vtroq̄. ſ. Jeremia ꝛ chriſto multum proprie Johanni cōueniunt. ſic apparebit cum vtrāq lectōnē exponemꝰ. Quāuis aūt Jeremias prophetauit poſterius q̄ yſaias prius tamen legit eccleſia ad honorem p̄curſoris lectionem Jeremie q̄ yſaie. quod q̄dem: vt eſtimo. ſic ordinauit eccl'ia propter excellentiam xp̄i et Jſaie ſuper omi alio propheta. feſtū enim excellentiꝰ eſt q̄ vigilia: idcirco verba dicta ad lrām de chriſto. que

refert yſaias legũtur in feſto ſan
cti iohannis. verba aũt dicta je-
remie que ipſemet refert in vigi-
lia recitantur. Modo venia-
mus ad expoſitõem lectionis je
remie que legitur in vigilia hu-
ius feſti. Ubi ſciendum ꝙ ĩ hac
vigilia cõgrue legitur iſta lectio
et quia verba ipſius proprie Jo
hanni conueniũt ⁊ propter mul
tiplicem ſimilitudinem que fuit
inter Johannem ⁊ hieremiam.
Qs patet ſic. Johannes eñ fuit
electus a deo ⁊ predeſtinatꝰ ante
q̄ꝫ natꝰ. imo ⁊ ab eterno. De ipõ
enim dicit deꝰ pater ad litteram
ſicut refert Math. xj. illud Ma
lachie. iij. diu ante natiuitatẽ jo-
hannis per tempora multa. Ec-
ce ego mitto angelum meum. ⁊c̃
Hieremias enim fuit electus et
predeſtinatus anteq̄ꝫ eſſet conce
ptus. Unde dixit ei deus. Priꝰ
q̄ꝫ te formarem in vtero. ⁊c̃. Hie
remie p̃mo. Item johannes fuit
annunciatus per angelum patri
ſuo Zacharie anteq̄ꝫ conciperc-
tur Luce p̃mo. Hoc enim dixe-
runt aliqui de Hieremia ꝙ fuit
annunciatus per angelum ma-
tri ſue. Item johannes fuit naza
reus et obſeruabat legem naza-
reorum. que ſcribitur Numeri
vj. De ipſo enim dicitur Luce. j.
Uinum ⁊ ſiceram non bibet. ⁊c̃.
Et non fuit nazareus ſolum ad
tempus: ſicut illi de quibus ha
betur Numeri ſexto ca. ſed fuit
nazareus ab vtero matris ſue vſ
q̄ꝫ ad diem ſue mortis. ſicut iſte
ſamſon. de quo dicitur. Erit eñ
puer nazareus deo ab infantia
ſua. et ex vtero matris ſue vſq̄ꝫ
ad diem mortis ſue. Judicum
decimotertio. Idem dixerũt ali
qui de Hieremia. Iſta tamen
duo non ſunt autentica: de hie-
remia videlicet: ꝙ fuerit annũ-
ciatus per angelum. et ꝙ fuerit
nazareus. Nuſq̄ꝫ enim in aliquo
libro autentico leguntur. Item
johannes fuit ſanctiſſimus. in-
tantum ꝙ fuit chriſtus reputa-
tus. ⁊ intantum etiam ꝙ aliqui
dixerunt ꝙ nõ fuerit verus ho-
mo: ſed angelus incarnatus. Je-
remias etiam fuit in veteri teſta
mento vir ſanctiſſimus et virgo
vt creditur: puriſſimus. non ha
bens vxorem nec filios. ſicut di
citur Hieremie decimoſexto. p̃-
cepit enim dominus Hieremie
ꝙ non duceret vxorem in terra
iuda. et conſtat ꝙ alibi non du-
xit nec mulierem. In egypto eñ
non duxit. quia ibi lapidatus fu
it. Tãte autem ſanctitatis fuit
ꝙ aliqui dixerunt. ſicut iam di-
ctum eſt de Johanne. ꝙ fuit an-
gelus incarnatus. Sed quicq̇d
illi dixerĩt: ambo fuerũt veri ho-
mines: in corde tamen oſtende-
runt angelicam ſanctitatẽ. Item
Johannes fuit de tribu leui ⁊ fi-
lius Zacharie ſacerdotis. Luce
primo. Hieremias etiam fuit de
tribu Leui et filius helchie ſacer
dotis Jeremie primo capitulo.

R Ulteriꝰ Johannes nõ fuit
ſolum quantum ad animã vir-
tute diuina creatus: ſed quantũ
ad corpus plaſmatus. fuit enim
conceptus de homine ſene ⁊ ſte-
rili matre. ſicut dicitur Luce. j.
vnde non poterat naturaliter ge-
nerari. Jeremias etiaꝫ vt eſtimo
q̃ꝫtum ad corpus fuit ſm aliq̃d
virtute diuina plaſmatus. eſti-
mo enim ꝙ virtus diuina in eiꝰ
corpore aliquã induxit comple-
xionem. ad quam forſan nature
virtus non attigiſſet. ſm quam
quidem complexionem fuit eiꝰ
animus aptus ad predicendum
diuinas reuelationes. Quãuis
enim deus formet natiuitatẽ cu-
iuſlibet hominis. ſicut dicitur. ij.
Macha. vij. quemlibet etiã ho-
minem in matris vtero pelle et
carnibꝰ induat. oſſibuſqꝫ ⁊ ner-
uis compingat. ſicut dicit̃ Job
x. quia cauſa prima principaliter
⁊ immediate agit in actione cu-
iuſlibet cauſe ſecũde. non tamen
ſine cauſa dictum fuit. priuſq̃ꝫ te
formarem in vtero: noui te. Jo-
hannes etiam anteq̃ꝫ naſceretur
ex matris vtero mundatus fuit
ab originali peccato ⁊ repletus
fuit ſpirituſancto Luce. j. De je-
remia vero ꝙ ſanctificatus fuit
anteq̃ꝫ natus: expreſſe dicitur Je-
remie p̄mo. Anteq̃ꝫ inquit: exi-
res de vulua ſanctificaui te.

Ulterius Johãnes fuit pro-
pheta ⁊ ad prophetandũ ex offi-
cio miſſus Luce p̄mo. Dixit enĩ
pater. Tu puer propheta al. ⁊c.
Xp̃s etiam de ipſo dixit Math.
xj. prophetam ⁊ pluſq̃ꝫ prophe-
tam. De Jeremia etiam ꝙ fuit
propheta ex officio ad predican-
dum datus: legitur expreſſe Je-
remie p̄mo: dixit ei deus. Pro-
phetam in gentibus dedi te. Ul-
terius Johannes fuit decollatꝰ
ab herode antipa: propter doctri-
nam veritatis ⁊ iuſticie. ſicut di-
citur et habetur Marci. vj. et
Math. xiiij. Jeremias etiã pro-
pter predicationem veritatis fu-
it ĩ egypto ſub pharaone nechao
a iudeis lapidatus Juxta illud
Ecc̃i. xlix. Male tractauerunt
eum qui a ventre matris conſe-
cratus eſt propheta. dictum fuit
ď Jeremia. Propter igitur iſtas
viij. ſimilitudines que fuerunt
inter Johannẽ ⁊ Jeremiam pre-
ſens lectio congrue poterit dici
de Johanne. maxime quia verba
preſentis lectiõis proprie Johã-
ni ꝯueniunt ac ſi de ipſo fuiſſent
ad lrãm dicta. L Sciendu ꝫ
autem ꝙ exponendo preſentem
lcõem ad lrãm de Jere. ⁊ allegori-
ce de Johãne: poſſumus eam di-
uidere in hunc modum. Primo
enim tangitur prophete virtuo-
ſi auctoritas. Secundo vtriuſ-
qꝫ prophete hũilitas ibi [A. a. a.
domine deus] Tertio prophe-
tandi ſecuritas infra. [Et dixit
dominus ad me. Noli dicere qꝛ
puer ego ſum.] Circa primuꝫ
ſciendum ꝙ prophetia Jeremie

habuit auctoritatem ex duobus q̄ꝫ maxime. ſ. ex diuina inſpiratione. ⁊ ex diuina miſſione. Fuit enim factuꝫ verbum domini ad eum. et ab eodem fuit datus in prophetam. nõ enim fuiſſet prophetia ſua autentica niſi ipſe Jere. fuiſſet a deo inſpiratus. ⁊ ad prophetandum ab eodem deſtinatus. Dicit ergo quantum ad Jeremiã premittẽte eccleſia [In diebus illis] ſcꝫ Joſie regis juda. ſub eo enim fuit exorſus prophetare. xiij. anno regni ſui. Jeremie p̄mo. ſub quo prophetauit xviij. ãnis. poſtea ꝓphetauit ſub ioachaꝫ filio Joſie tribꝰ menſibus. quibus ipſe tm̄ regnauit. iiij. Regum. xxiij. Poſtea prophetauit ſub Joachim filio iſtiꝰ vndecim ãnis. Poſtea prophetauit ſub joachin filio iſtius qui dictus fuit jeconias tribus menſibus. quibus tm̄ regnauit in juda. quarti Regum. xxiiij. Poſtea prophetauit ſub Sedechia patruo iſtius ⁊ filio joſie vndecim annis. quarti Reguꝫ. xxiiij. Unde in vniuerſo ꝓphetauit. xl. annis in judea chaldea ⁊ in egypto: vbi etiam lapidatus fuit. Exordium autem prophetie ſue fuit ſub Joſya. vnde exponemus ſic. [In diebus illis.] ſcilicet tertiodecimo anno regni Joſie. [factum eſt verbum domini ad me dicens.] verba ſunt Jeremie quaſi diceret, facta eſt ad me celeſtis iſpiratio verbi diuini quo ſcilicet dictum fuit mihi [priuſq̄ꝫ te formarem in vtero] matris tue per conceptionem: [noui te] noticia ſcilicet p̄electionis. Omnia enim cognoſcit deus ab eterno. Non enim non cognoſcit aliter fienda q̄ꝫ facta. vocat enim ea que non ſunt ſicut ea que ſũt. Romanoꝝ. iiij. Uiros autem finaliter iuſtos futuros: non ſolum cognoſcit ab eterno noticia preſcientie: ſed etiam noticia predeſtinationis. que quidẽ eſt preparatio gratie in preſenti: ⁊ glorie in futuro. Chriſtꝰ enim dixit illi Johannis p̄mo. Cum eſſes ſub ficu vidi te. id eſt. (ſicut vno modo exponitur) cum eſſes in lumbis Adam qui fecit ſibi perizomata de folijs ficulnee: cognoui te. Geneſis tertio. Sed quid. nunquid eodem modo cognoſcit deꝰ omnes electos. Certe ita. ſed huic dictum eſt ſpecialiter. quia ad plura et ad maiora q̄ꝫ multi alij ipſe predeſtinatus fuit. Quare autem dictum ſit ei ſpecialiter a deo. formarem te. cum ipſe omnes homimines formet. dictum fuit ſupra. Eſtimo enim ꝙ virtus diuina aliquid ſpeciale fecit in corpore Hieremie. quod in multis alijs corporibus non fecit. Sanctoꝝ enim corpora vt eſſent aĩarum inſtrumẽta aptiſſima: ſpecialiter formauit deꝰ ſic ⁊ format

aliquid agens ſupra virtutē na-
ture. Patet autem ex p̄dictis ꝙ
ex iſto verbo. noui te. non pote-
runt aliqui dicere ꝙ Hieremi-
as fuiſſet angelus. quoniam nō
ſolum deus cognoſcit ex natura
p̄ſentialiter: verūetiam ⁊ ea que
non exiſtunt in rerum natura:
ſunt tamen fienda vel poſſibilia
fieri. et talia ſic de⁹ cognouit ab
eterno: ſicut cognoſcit ea que
nunc realiter exiſtunt. talia em̄
ſemper exiſtunt in ipſa preſcien-
tia et cognitione dei. Unde dicit
ſapiens in eccleſiaſtico. Domi-
no deo antequaꝫ crearentur om-
nia ſunt agnita. Sequitur. [⁊
anteq̄ꝫ exires de vulua] ſcilꝫ ma
tris tue. id eſt. antequaꝫ in luceꝫ
prodires per natiuitatem ex vte-
ro [ſanctificaui te]. id eſt. a pec-
cato originali in quo conceptus
fueras mundaui te. et per grām
quam infudi tibi cum adhuc eſ-
ſes in vtero ſanctum feci te. Ex
his patent duo. Primum eſt ꝙ
hieremias fuit ſanctificatus an
tequaꝫ natus. Secundum eſt ꝙ
ipſe fuit ſanctus natus: ac ꝑ hoc
et ſua natiuitas fuit ſancta. fuit
igitur nazareus Jeremie primo
ſanctus et floridus ex vtero ma-
tris ſue. Utrum autem legeꝫ na
zareorum ſemper obſeruauerit:
nuſq̄ꝫ legi. [⁊ ꝓpham in gentibꝰ
dedi te] in gentibus] dico. id ē.
in turbis iudeorum gentiliter vi
uentium. Uel [in gentibus] id
eſt. contra gētes iudeis vicinas.
Jpſe enim in ſolatium iudeoruꝫ
multa prophetauit contra chal-
deos. multa contra egyptuꝫ. mul
ta contra moab. et cōtra aliquas
gentes alias. ſicut apparet in li-
bro ſuo. Utrum autem quando
fuit ſanctificatus: fuit etiam in
prophetam datus. ſicut textus
innuit. neſcio. puto tamen ꝙ nō
fuit ei data gratia prophetandi
antequam eſſꝫ natus. non enim
gratia ſanctificationis ad hoc ſe
extendit. Dicendum eſt ergo ꝙ
anteq̄ꝫ eſſet natus: fuit ordina-
tus diuinit⁹ vt congruo tempo
re in prophetam daretur. Unde
ſic poteſt exponi textus [prophe
tam dedi te]. id eſt. cum te ſan-
ctificaui ordinaui vt in prophe-
tam darem te. ℳ Quan-
tum auteꝫ ad Johannem de quo
iſta verba exponuntur allegori-
ce dicitur ſic. [Jn diebus illis]
de quibus dicitur. Anno quin-
decimo imperij Tyberij ceſaris.
Luce tertio. [factum eſt verbum
domini ad me dicens.] id eſt. ce
leſtis inſpiratio et diuina reue-
latio verbi dei. quoniam dictuꝫ
eſt mihi. [priuſ q̄ꝫ te formarem.
⁊c̄.] Dicitur enim ſic Luce ter-
tio. Anno decimoquinto impe-
rij ty. ⁊c̄. Sequitur. Factum eſt
verbum domini ſuper Johan-
nem filium Zacharie in deſerto.
Quod verbum autem tunc fuit
factum ad Johannem: gloſa di

cit ſuper iſto verbo. ꝙ iſtud ver-
bum fuit ſibi factum. vade ⁊ p̄-
dica baptiſmum penitentie. for-
ſan fuit ſibi factum verbū iſtud
Priuſq̄z te formarem in vte. ⁊c̄.
Quāuis enim hec verba ad lit-
teram dicantur hieremie. magis
tamen proprie poterunt dici jo-
hanni. Jpſe enim fuit electus e-
ternaliter. vt diceret ei deus. no-
ui te. ſcilicet noticia predeſtina-
tionis. Jpſe etiam fuit ſm cor-
pus plaſmatus mirabiliter. vt
diceret ei deus Priuſq̄z te for-
marem. ipſe enim ſupernatura-
liter plaſmauit corpus ei9. Fuit
enim ſupra virtutem nature cō-
ceptus. Jpſe etiam fuit a pecca-
to mundatus totaliter. quia an-
teq̄z natus. vt diceret ei deus. an-
teq̄z exires de vulua ſanctificaui
te. Jp̄e nihilominus fuit ad pro-
phetandum ſolenniter deſtina-
tus. vt diceret eidem Prophe-
tam in gentibus dedi te. Dicit
autem in gentibus. tum q2 pro-
phetauit contra iudeos gentili-
ter viuentes. tum etiam quia gē-
tiles increpauit: vtpote illum he
rodem: cui dicebat Non licet ti-
bi habere vxorē3 fratris tui. tum
etiam quia ſtatuit regulam vi-
uendi gētilibus. vtpote illis mi-
litibus quibus dicebat. Nemi-
nem concutiatis. neq̄z calumniā
faciatis. et contenti eſtote ſtipen
dijs veſtris. Luce tertio. Non
enim eſt dubium quin hec quat
tuor fuerint ei de ſeipſo. per ſpi-
ritū reuelata. Ex quibus om
nibus patet ꝙ prophetia johan
nis fuit autentica. tum quia di-
uinitus inſpiratus. tum etiam
quia ipſe diuinitus fuit ad pro-
phetandum deſtinatus. ¶

Queritur autem vtrum ſicut
textus de johanne expoſitus in-
nuit: habuerit ipſe ſpiritum pro
pheticum antequa3 eſſet natus.
Hoc enim arguitur primo ex
iſto textu Antequa3. dicit. exires
de vulua ſanctificaui te ⁊c̄. Hoc
ſecundo arguitur ex verbo Au-
guſtini. quo dicitur in ſermone.
ꝙ nondum natus de ſecreto ma
terni vteri prophetauit. Hoc ter
tio arguitur ex verbo Ambroſij
ſuper Lucam. qui dicit. ꝙ Johā
nes p̄ſentia matris domini robo
ratus in vtero: infantie impedi-
menta neſciuit. et infra. Nulla3
infantie ſenſit etatem. a menſu-
ra cepit perfecte etatis plenitu-
dinis chriſti. Jnnuit enim pla-
ne ꝙ exiſtēs in vtero fuit capax
rationis: ac ſi eſſet perfecte eta-
tis. Propter quod ⁊ ſpiritus ꝓ-
phetici capax fuit. Hoc idem di
cit Auguſtinus in eodem ſermo
ne. ꝙ Johannes exiſtens in vte-
ro natiuitatem ſuam prophetan
do preuenit. Que omnia fundā
tur ſuper illo quod dicitur de jo
hanne Luce ꝑmo. videlicet. ꝙ fa
cta ſalutatione Marie in auri-
bus Elizabeth exultauit infans

Johãnes in gaudio in vtero ma
tris. vnde dicitur ꝙ tũc illuſtra⸗
tus fuerit lumĩe prophetico. q̃a
videtur tũc cognouiſſe ⁊ aduer⸗
tiſſe preſentiã ſaluatoris. quẽ ta
men aliꝗ non videbant. Hoc vl⸗
timo arguitur ex hoc quia vt di⸗
citur: meritis Johan. tam pater
q̃ȝ mater eius prophetauit. Vñ
dicitur ſic in ymno. Hinc parẽs
nati meritis vterqȝ abdita pan⸗
dit. Sed in contrariũ arguitur.
quia tunc habuiſſet vſum rõnis.
quod nõ videtur. propter quod
dicit Auguſtinus in epiſtola ad
dardanum. ꝙ illa exultatio fuit
q̃dã ſignatio tãte rei a maiori. i.
a mr̃e cog̃ſcẽte nõ a ꝑuulo cogni
te. ⁊ facta fuit illa exultatio diui
nitꝰ in infante: nõ humanitꝰ. fuit
enim quedam diuina impreſſio
in qua Johãnes ſe habuit ſolũ⸗
modo paſſiue. Quod aũt iſtoꝝ
verius ſit: neſcitur. primũ tamẽ
magis verum apparet ex verbis
ſanctorũ. Et dicit Auguſtinus
vbi ſupra. ꝙ forſan in johanne
vſqȝ adeo fuit acceleratus vſus
rationis ⁊ volũtatis ꝙ intra ma
terna viſcera poſſet cognoſcere.
credere. ⁊ conſentire: ad q̃ in aliꝗſ
paruulis etas expectatur vt poſ⸗
ſint. hoc tñ ſi fuit. inter mirabi⸗
lia diuine potentie eſt habendũ.
nec tamẽ trahenduȝ in exemplar
humane nature. Quando enim
deus voluit: iumentũ eſt locutũ.
nec tñ ꝓpter hoc homines ab aſi
nis conſilia querunt. Loquen
do autem moraliter poſſũt eſſe
verba dei cuiuſlibet inſtitutiõis
debite in prelatione. ſic [priuſq̃ȝ
te formarem] .i. in ꝑlatione inſti
tuerem [noui te] .i. approbaui te
ꝑ ſufficientiã vite. ſcientie ⁊ elo⸗
quentie. [⁊ anteq̃ȝ exires de vul⸗
ua] .i. de porta materna. vel de
ſtudio in quo concipiuntur filiꝗ
eccleſie [ſanctificaui te] non eñi
debet inſtitui in prelatione eccl'e
niſi qui ſanctꝰ eſt. vnde ſanctifi⸗
caui te. i. ſanctũ feci. ⁊ cognoui te
[⁊ prophetam in gentibus dedi
te] ad ꝑdicanduȝ ⁊ exhortandũ
ad arguendum ⁊ increpandum.

¶ Sequit̃ ſecunda ꝑs epl'e
in qua tangitur vtriuſqȝ ꝓphete
Jeremie ſuꝑ. et Johan. humili
tas. cum additur verbum Jere.
[Et dixi A. a. a. ⁊c̃.] Excuſauit
enim ſe ꝓpheta iſte ad recipiẽduȝ
officium ꝓphetandi: nõ quidẽ ex
ſuperbia vel aliqua proteruia: ſȝ
ex humilitate magna. Recuſat
enim officiũ. dicens ſe eſſe pueꝝ.
vnde ⁊ profert voces pueri. di⸗
cens. A. a. a. nõ ꝙ forſan eſſet pu
er etate: ſed tanq̃ȝ verus humilis
dicit ſe eſſe inſufficientem tanq̃ȝ
puerum reſpectu officiꝗ tanti. vñ
allegat quintuplicem inſufficien
tiam. ſ. vite. propter quã profert
primũ. ſ. a. ſcientie. ꝓpter quam
profert. ſm a. prudentie ⁊ indu⸗
ſtrie. propter quã profert tertiuȝ
a. eloquentie ꝓpter quam dicit.

Dñe deus neſcio loqui. grauita-
tis ⁊ inexꝑientie. propter quam
ſubdit. q̇a puer ego ſum.No-
tandum aūt ꝙ ipſe Hiere. reſpō
dit ita dicens. ⁊ dixi videlicꝫ vel
ipſi deo inſpiranti ⁊ reuelanti ac
tantū officium ei cōmittenti. vel
alicui angelo apparenti ſibi ī for
ma humana ymaginaria: tamen
gerenti vicem ac repreſentanti ei
perſonam dei. vnde poterat dice
re ſine mendacio. domine deus
propter hoc ꝙ iſte gerebat perſo
nam dei. facte enim fuerunt ī ve
teri teſtamento diuine reuelatio-
nes ꝑ angelos ſanctos. Per iſtū
moduꝫ excuſauit ſe Moyſes qñ
deus voluit eum mittere in egy-
ptum. dicens ſe eſſe impeditio-
ris lingue. Exo. 4. Sed quid
Nunquid iſte peccauit rēnuen-
do officicium dei: cum legamus
ꝙ yſaias obtulit ſe dicens. Ecce
ego. mitte me. Iſa. vj. Sed ſcien
dum ſm beatum Grego. ꝙ non
fuerunt contrarij. quia ille ꝑ acti
uam vitam prodeſſe ꝓximo cu-
piens officium predicationis ap
petijt. Iſte autem per contēpla-
tionem amori dei inherere deſi-
derans mitti ad predicandū ren
nuit Item yſaias ſe obtulit. quia
iam ſe purgatum per calculum
ſciebat. ſicut habetur yſa. vj. Iſte
autem nullum ſignum purgati-
onis ī ſe preceſſiſſe ſenſerat. For-
ſan enim nondum ſciebat ſe fuiſ
ſe ſanctificatum in vtero. quia il
lam ſanctificationem nullo mo-
do meruerat. propter quod pre-
dicationis officium recuſauit.
Iteꝫ yſaias erat prouectioris eta
tis q̄ꝫ iſte. qui forſan etate puer
erat. ⁊ idcirco nec maturum nec
ſufficientē ſe reputabat. P
Quātū āt ad johannem iſta par
ticula pertinet. Certe nuſq̄ꝫ legi
mus ꝙ ſe vocaliter excuſauerit.
quia etiam nec legimus ꝙ com-
miſſio iſtius officij vocaliter ei fa
cta fuerit: ſed ſolum per diuinaꝫ
inſpiratōem. tamen ſi boc dice-
retur: q̄ꝫuis non legatur: nō eſſet
aliquis error. Johannis enim ꝓ
mo dicit ipſe. Qui miſit me: ille
mihi dixit ⁊c̄. Unde vel menta-
liter ſolum: vel mētaliter ⁊ voca
liter ſimul factum fuit ei verbum
domini. Unde et tunc ipſe po-
tuit ſe excuſare ab officio tanto.
Et reuera cum ſibi fuit commiſ
ſum prophetandi officium: ipſe
puer erat. Unde pater ad eū Lu-
ce primo. Tu puer propheta al-
tiſſimi vocaberis: preibis enim
ante faciem domini parare vias
eius. Et non ſolum puer: īmo
nec dum natus. ſicut apparuit
ſupra. Quicquid auteꝫ fuerit de
recuſatione officij: ſummam ta-
men humilitatem johānis legi-
mus. propter quam ⁊ Hieremi
as ſe excuſauit. Legimus enim
de ipſo ſcꝫ ſancto j ohanne ꝙ cuꝫ
tante ſanctitatis eſſet ꝙ turbe ip
ſum putabant eſſe chriſtum: ipſe
humiliter hoc negauit dicens.
Non ſum ego chriſtus Johan. j.

Super quo verbo dicit glo. Nihil maius humilitate johannis. Elegit em̄ ſm Grego. in omelia ſolide ſubſiſtere in ſe. ne humana opinióe rapeꝛ inaniter. Sup humilitate eiuſdem legimus in eodem caplo Johis. dixit enim ipſe de chriſto. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt. qui ante me factus eſt. cuius non ſum dignus vt ſoluam corrigiam ⁊c̄. Iterū Johãnis. iij. dixit ipe de chriſto. Illum oportet creſcere: me aūt minui. Humilitatē ergo johannis maximā legimꝰ. Utrum ſic aūt ſe excuſauerit ſicut hieremi. neſcimꝰ. ¶ Sequitur. [Et dixit ad me] vbi tertio tangitur quantum ad vtrūqꝫ. hieremiaꝫ .ſ. et johannem ꝓphetandi ſecuritas. que patet ex q̄nqꝫ. ſcꝫ Ex diuina predictione. Ex diuina promiſſione. Ex diuina purgatione. Ex diuina inſtructione. Ex diuina prefectōne. Propter primū dicit q̄ꝫtum ad vtrunqꝫ ſimul. [Et dixit dominꝰ ad me.] ⁊ hoc ſupp. vel mentaliter per ſeipſum. vel vocaliter per angelū. [Noli dicere quia puer ego ſuꝫ] quaſi di. noli conſiderare tuam imbecillitatem: ſed mittentꝭ poteſtatem. aperi em̄ os tuū ⁊ implebo illud. Moyſi em̄ qui ſe excuſauerat dixit. ſicut habeꝛ Exodi. iiij. Perge igitur ⁊ ego ero in ore tuo. doceboqꝫ te quid loquarꝭ. noli ergo dicere quia puer ego ſum, quia q̄uis de te ſis inſufficiens. cū habeas bonam volūtatem ego habeo poteſtatem. Hoc enim predico tibi [qm̄ ad omnia] tam proſpera q̄ꝫ aduerſa [que mittam te ibis. ⁊ q̄ mandauero tibi loqueris] ad eos. nō ſupp. tacendo veritatē ⁊ palliando: ſicut faciūt adulatores. Conſtat de hieremia in libro ſuo. ꝙ iuit ad om̄ia ad que miſit eum deꝰ. non timens aliquam aduerſitatem. nec etiam mortem. ⁊ q̄cūqꝫ mandauit ei deus locutus fuit peccatoribꝰ. non tacendo verū verbū. Idem patet de Johanne: miſſus em̄ fuit ante chriſtū: precurrendo ipſiꝰ aduentū. Luce. iij. diciꝛ ꝙ venit in omnem regionem ⁊c̄. et anteq̄ꝫ natꝰ p̄curſionem ſuā inchoare voluit. exultans in gaudio in p̄ſentia ſaluatoris. Luc̄. j. Quodcūqꝫ em̄ mādauit ei deꝰ: locutꝰ fuit ad peccatores ⁊ ad iudeos. ſcꝫ ad publicanos ⁊ ad milites. ſicut apparet Lu. iij. ⁊ vniuerſalr̄ ad oēs cū dicebat Luc̄. iij. Oīs arbor q̄ nō facit fructū bonū excidetur: et in ignē mitteꝛ. Et infra eodē. Purgabit inq̄t de xp̄o. aream ſuam: ⁊ congregabit triticū in horreum ſuū. paleas aūt cōburet igne inextinguibili. ⁊ alia multa q̄ dixit ſicut habeꝛ Johãnis. iij. in fine. Patet igiꝛ ꝙ ambo ſecure potuerunt dicere ſuam propheciam. quia deꝰ predixit eis. ꝙ ipſo iuuante: iniuncta omnia executioni debite demandarent,

Moraliter bene facerent pue
ri etate vel etiam ſenſu quãdo in
ſtituunt̃ in officio prelatõis: cuiꝰ
eſt etiam predicare: ſi dicerent in
ſtituenti. a. a. a. dñe neſcio loqui
quia puer ego ſum. i. noli me fa-
cere epm. q2 oporteret me p̃dica-
re. ⁊ ecce neſcio loqui. quia puer
ego ſum vel etate vel ſufficientia
neceſſaria ad officiũ tantũ. Sed
quid: ex q̃ iſtituti ſunt q̃zuis pue
ri: q̃zuis etiam inſufficientes nõ
debent excuſare etatem vel inſuf
ficientiã. quia obligati ſũt. quia
dicit deꝰ cuilibet taliũ Noli dice
re quia puer ego ſum Debes cm̃
ire ad oĩa que mittam te. ⁊ de-
bes loqui quecunqꝫ mandauero
tibi. Et ſi dicas ꝙ es inſufficiẽs
nõ propter hoc excuſaberis. quia
officiũ cui iſta annexa ſunt rece-
piſti. R Quantũ autem ad
ſecundũ. ſ. q̃ztum ad diuinã pro
miſſionem que facta fuit vtriqꝫ.
ſcꝫ ieremie ⁊ iohanni. addit̃. ver
bum domini vtriqꝫ factuꝫ. [ Ne
timeas a facie eorũ ]. id eſt. ne cõ
ſideres multitudineꝫ eorum ad
quos miſſus es: ſed me qui mit
to te [ quia ego tecum ſum ]. ſ. ad
pugnandũ contra eos. ⁊ docen-
dum te quid loquaris. ⁊ ad com
plendum ꝑ te vniuerſa. Simile
fuit dictum Ezechieli. Fili ho-
minis ne timeas eos: neqꝫ ſmo
nes eorũ metuas. Ezech. ij. ⁊ in-
fra. iij. Ecce dedi faciem tuã va-
lentiorem faciebꝫ eorũ. ⁊ fronteꝫ
tuã duriorem frontibꝫ eorum: vt
adamantem ⁊ vt ſilicem dedi fa
ciem tuam. Ne ergo timeas eos
facies enim prelati debet eſſe vt
adamas attrahens. ſuꝑ. ſubdi-
tos per miſericordiam. ⁊ vt ſi-
lex frangens: ſcꝫ duros per iuſti
ciam. vel vt adamas ⁊ ſilex ad-
uerſa cuncta ſuſtinens per pati-
entiam. [ vt eruam te dicit domi
nus. ] nõ q̇n perſecutiones ⁊ an
guſtias mltas ſuſtineas: ſꝫ ne in
aduerſitatibus succũbas. ſm ꝙ
dicit Gregoꝰ. deus enim melius
liberat cum patientiã in aduer-
ſitatibus miniſtrat. Reuera Je-
remias multas fuit paſſus an-
guſtias Fuit enim percuſſus. in
neruo retruſus. ⁊ tandem lapi-
datus. ſed deus ipſum eruit. q̇a
in omnibus ipſi patientiam de-
dit. Johannes etiam fuit incar-
ceratus: ⁊ tandem decollatꝰ: ſed
deus ipſum beatum ⁊ glorioſuꝫ
fecit. Secure igitur vterqꝫ. ſcili-
cet Jeremias ⁊ Johannes pre-
dicare ⁊ prophetare potuit. quia
deus vtriſqꝫ promiſit ꝙ eſſet eos
confortans: ⁊ pacientiam tribu-
ens ipſis. ⁊ hoc non ad tempus:
ſed ſemper: quantum erat ex par
te dei. iuxta illud Matthei vlti-
mo. Ecce ego vobiſcũ ſum cun-
ctis diebus ⁊c. S Quantũ
autem ad tertiũ. ſcꝫ diuinaꝫ pur
gationem ſubdit̃ verbũ Jeremie
dicentis. [ Et miſit dominꝰ ma
num ſuam: ⁊ tetigit os meum ]
Ubi primo eſt ſciendum ꝙ quia
ieremias excuſauerat ſe ab actu

prophetandi ꝑpter ineloquenti-
am: dicens. neſcio loqui. idcirco
voluit deus tactu man⁹ ſue pur
gare os Jeremie ab iſta neſcien-
tia ⁊ impedimento loquēdi. Si
mile habem⁹ de Jſaia. Dixit eñ
yſaias. ſicut habetur Jſa. vj. vir
pollutꝰ labijs ego ſum. Sed qd:
volauit ad eū vnus de ſeraphin
⁊ cum carbone ſeu calculo acce-
pto de altari tetigit labia ſua. et
ſic mundauit immundiciam la
biorum eius. Secundo eſt ſcien
dum ꝙ manus iſta que dicit̄ hic
manus dei fuit. vt puto. manus
ymaginaria cum qua angel⁹ qui
loquebatur ſibi tetigit os eius. ⁊
hoc totum in perſona dei. Po-
tuit enim eſſe ꝙ ſicut angelus te
tigit cum calculo labia yſaie. ita
angelus cum manu ſua tetigit
os Hieremie. Jta enim videba-
tur eis ꝙ fieret. et totum fiebat
miniſterio angelorum. Tertio
eſt ſciendum ꝙ hic non fuit ſo-
lum tactus exterior: ſed etiam in
terior. Principaliter enim vir-
tus vel operatio diuina per ma-
num deſignata tetigit os pro-
phete interius. id eſt. intellectum
et purgauit ipſum ab ignoran-
tia et neſcientia. tetigit os exteri
us. id eſt. corporis ⁊ purgauit in
eloquentia. Secure ergo potuit
predicare Hiere. non ſolum pro
pter diuinam predictionem et
promiſſionem. de quibus dictū
eſt. ſed etiam propter diuinā ope
rationem. quia vt ipſe dixit Mi

ſit dominus manum ſuam ⁊ te
tigit ⁊c̄. manū quidem. id eſt. vir
tutem purgatiuam. cuius qui-
dem man⁹ ymaginaria erat ſig-
gnum. Tactus etiaꝫ exterior ſig-
nū fuit interioris. ¶ Quā-
tum autem ad Johannem per ti
net: nunq̄ꝫ legimus ꝙ deus vel
angelus manu aliqua ymagina-
ria tetigerit os ei⁹. ⁊ tñ quāuis
non legatur potuit ſic eſſe. Ueꝝ
quicq̇d ſit de mann ymaginaria
⁊ de tactu extrinſeco: certum eſt
tam̄ ꝙ manus dei vera. i. filius
dei incarnatus ⁊ digitus huius
manus. ſ. ſpirituſſanctus tetige
runt os extrinſecum Johannis.
Filius enim dei conceptus ī vir
gine viſitauit perſonaliter Jo-
hannem nondū natum. et certe
viſitando tetigit intima Johan-
nis. quem quidem tactum effi-
caciſſimū ſenſit iohannes. exulta
uit eñ in gaudio ſentiens p̄ſen-
tiam ſaluatoris. et tactuꝫ ei⁹ ſua-
uiſſimum qui erat de manu dei
patris. tūc enī iſto tactu ꝟtuoſo
fuit mūdat⁹ et purgat⁹ a peccato
originali. vt dicit Innocentius
terti⁹ Sex enim menſib⁹ fuit io-
hannes in peccato originali. Hec
enim viſitatio et virginis ſaluta
tio facte fuerunt ſexto menſe a cō
ceptione iohannis. ut dicitur lu
ce primo Tunc enim digiti hu-
ius man⁹ id eſt virt⁹ et dona ſpi-
rituſſancti. de quorū numero eſt
donum ꝓphetie: tetigerūt intrin
ſecum os ipſius et tangendo re-

pleuerũt ſpiritũ. vnde et tũc fuit
factus propheta. quem quidem
tactum et quam repletionem ſen
ſit iohannes mouens ſe in vtero
matris modo inſolito quaſi vo-
lens currere ⁊ ire ſtatim ad pro-
phetandum ¶ Notandum autẽ
quantum ad litteraꝫ. quod quia
jeremias puer erat forſan etate ⁊
quia ſanctificatus fuerat in vte-
ro: ideo leuiter purgatus fuit. ſ.
tactu manus. pauca enim pec-
cata habebat. Iſayas. vero quia
homo prouectioris etatis erat.
et forſan plura peccata habebat
et magis implicatus erat ĩ mũ-
danis. habebat enim vxorem ⁊
filios. idcirco durius purgatus
fuit. ſcilꝫ cum calculo et carbone
Ezechiel autem quia prouectio
ris etatis erat q̃ꝫ aliquis aliorũ.
et forſan plura peccata habebat:
idcirco duriori modo adhuc pur
gatus fuit. ſcilicꝫ comeſtione vo
luminis. ſicut habetur Ezechie-
lis. iij. In his tribus allegori
ce notantur tria. que ſunt neceſ-
ſaria doctori. In libro enim no-
tatur ſcientia. in purgatione la-
biorum cum calculo notatur elo
quentia. ſed in tactu oris cũ ma-
nu notatur operatio bona. In h
enim ꝙ cum manu tetigit deus
os prophete: datur predicatori
intelligi ꝙ illud quod ore predi
cat: opere debet adimplere. ¶
Quantum autem ad quartũ:
ſcilicet diuinam inſtructionem.

ſubiungitur verbum ipſius Hie
remie dicentis. [Et dixit domi-
nus ad me] Expone ſicut prius
Quid dixit ei dominus. [Ecce
dedi verba mea in ore tuo.] Ue-
re dedit dominus verba ſua in
ore Hieremie. In ore dico in-
teriori ad capiendum ⁊ retinen-
dum. in ore exteriori ad loquen-
dum et proferendum. Non enĩ
poſſet Hieremias locutus fuiſ-
ſe verba talia. maxime predicen-
do futura. niſi deus eum inſtru-
xiſſet. et verba ſua in ore eius po
ſuiſſet. De Johanne autem cer-
tum eſt: ꝙ deus ipſe loquens ei
ad cor dedit verba ſua in ore eiꝰ.
aliter ſic locutus non fuiſſet. ver
ba quidem de chriſto teſtifican-
tia. penitentes conſolantia. ⁊ im
penitentibꝰ eternam penam cõ-
minantia. ſicut hiſtoria euange
lica patet. Multiplex autem te-
ſtimonium de ipſo perhibet. ſcꝫ
de ſumma puritate et innocen-
tia. Dicens illud Johãnis ꝑmo
Ecce agnus dei. De ſumma vir
tute et potentia. dicens: ecce qui
tollit peccata mundi Johannis
primo. De ſumma dignitate et
excellentia dicens de ipō. cuius
non ſum dignus vt ſoluam cor-
rigiam calciamenti eius. Johan
nis primo. Et illud Johannis
tertio. Qui de celo venit ſuper
omnes eſt. De ſumma pietate ⁊
miſericordia dicens ipſum eſſe
ſponſum eccleſie fideliũ hoim.

Johan.iij. Qui habet ſpōſaꝫ ſpō
ſus eſt. qđ fuit ex ſūma pietate ⁊
miſericordia. De ſūma ſanctita-
te ⁊ virtutis affluētia di. de ipſo.
ꝙ nō dedit ei deus ſpiritū ad mē
ſuram Johan.iij. De ſumma iu-
riſdictōe ⁊ preſidentia di. de ipō.
Pater diligit filiū. ⁊ omnia de-
dit in manu eius. Jo.iij. De ſum
ma ſeueritate ⁊ iuſticia. di. ƌ xp̄o
ꝙ purgabit arcam ſuaꝫ. ⁊c. vt ȝ.
luc.iij. ⁊ illđ Jo.iij. Qui īcredulꝰ
eſt filio: non videbit vitā: ſed ira
dei manet ſuꝑ euꝫ. x Quā-
tū autē ad quintum ⁊ vltimum.
.ſ. diuinam ꝑfectiōeꝫ ⁊ iuſticiam
⁊ īſtitutionē ſubnectit᷑ verbū dei
qđ refert ip̄e jere. dc̄m ei fuiſſe ad
lrām. [ Ecce ꝯſtitui te hodie ſuꝑ
gentes ⁊ ſuper regna. ] Signā-
ter dicit ꝯſtitui te. ⁊ nō tu te. nec
aliq̇d aliud niſi ego ipſe. multos
tn̄ hodie cōſtituit in prelationibꝫ
pecunia. multos generis proſa-
pia. multos caro ⁊ ſanguis. mul
tos nichilominus famliaritas
principum. Sed prophete di-
ctum fuit [ Ecce ꝯſtitui te ſuper
gētes ] id eſt ſuꝑ om̄es peccato
res gentilit᷑ viuentes. [ vl' ſuꝑ gē
tes ] vt eas arguas ⁊ īcrepeſ: ⁊ irā
dei denuncies. [ ⁊ ſuper regna ].
.ſ. ſuꝑ iuda ⁊ iſrael. de vtroq; em̄
regno aliqua dixit. regnū tn̄ iſrl'
iam erat deſtructum. vel [ ſuper
regna ] .ſ. iudeorū. chaldeorum.
egyptioꝝ ⁊ moabitaꝝ. de quibꝰ
ſicut apparet ex libro ſuo ꝓpheta
uit. Unde ergo dicit [ Ecce con-
ſtitui te hodie ſuper gentes ⁊ re-
gna ] tanq̄ꝫ ꝓphetam ⁊ prelatuꝫ
coꝝ. imo tanq̄ꝫ deū ipſoꝝ. ſicut
dictū fuit Moyſi Exo.vij. Ecce
conſtitui te deū pharaonis. [ vt
euellas ] .i. iudeos eſſe euellēdos
ƌ terra ſua d̄nūcies [ ⁊ deſtruas ]
id eſt. ciuitatem hieruſalem ⁊ ter
ram iuda deſtruendas eſſe fame
peſte. gladio. ⁊ captiuitate pre-
dices. [ ⁊ diſperdas ⁊ diſſipes. ]
id eſt. regnū iudeorū diſſipandū
eſſe per caldeos totaliter denun
cies. Et ſic prophetauit Jeremi
as ſicut patet. Et non ſolū iſtaꝫ
deſtructōem ⁊ iſtam ꝑditionem
predixit de iudeis: ſed etiam de
gentibꝰ vicinis: ſicut patet. Nec
ſolum fuit conſtitutus ſic vt iſta
mala penalia q̄ dicta ſunt pro-
phetaret: veꝝ etiam ⁊ bona ſeq̄n
tia. vicꝫ liberationem a captiui-
tate: ⁊ reditū de babylone. ꝓpter
qđ ⁊ ſubdit᷑. [ ⁊ edifices. ] .i. ciui-
tatem hieruſalem adhuc eſſe re-
edificandam ꝑdices. [ ⁊ plātes ]
id eſt: iudeos adhuc eſſe plantan
dos in terra iuda poſt ſeptuagi-
ta annos denūcies. y Cer-
tū eſt etiam ꝙ ip̄i iohāni de quo
hec omnia exponunt᷑ allegorice.
et leguntur ⁊ cantant᷑ de ipſo in
eccleſia ac ſi de ipſo eſſent ad lit-
teram dicta. Primo enim quiq;
antiphone matutine ſumunt᷑ de
epiſtola iſta. ſicut patet ꝙ deꝰ ip̄e
loquens ad Jeremiā dixit verba
iſta. Ecce conſtitui te hodie. Et
poteſt referri li hodie ad tempꝰ

de quo dr̃ Luce.iij. Anno quĩto
decimo ⁊c̃. Factũ ẽ verbũ dñi ⁊c̃.
Cõſtitutꝰ ꝗdem fuit iohãnes au
toritate diuina ꝑcurſor xp̃i ⁊ pro
pheta quidã ⌊ ſup gentes ⌋ id eſt
ſup pctõres gentiliter viuẽtes. q̇
bus dicebat genimina viperarũ
⁊c̃. Luc̃.iij. ſequit̃. facite ergo fru
ctus dignos pn̄ie. Uel ad lr̃am
⌊ ſup gentes ⌋ id eſt ſuper gẽtiles
erudiẽdos. ſic erudiebat iſtos mi
lites de quib; habet̃ Lu.iij. vl' ſu
per gẽtes ⌋.i. ſup gẽtiles arguen
dos. ſicut arguebat herodẽ ⁊ he-
rodiadẽ ⁊ familiares ſuos. qui ꝑ
magna parte erãt gentiles ⌊ ⁊ ſu
per regna ⌋ id eſt ſup ꝑncipatus
iudee ⁊ galilee. ituree. ⁊ traconi-
tidis regiõis ⁊ abiline. Cerdo ei
ꝙ in iſtis tetrarchijs ꝓphetauit
iohãnes. Uel allegorice ⌊ ſup re-
gna ⌋ id eſt ſup regna mũdi. cu-
ius lex eſt auaricia. ⁊ cuiꝰ incole
ſunt oẽs cupidi ⁊ auari. Reue-
ra ſup illud regnũ fuit iohãnes
ↄſtitutus. Nũꝗ̃ eñ fuit hõ pu-
rus q̇ magis mundũ ↄtemneret
⁊ mũdana oĩa ꝗ̃ iohãnes. Ni
hil eñ vnꝗ̃ tp̃ale legit̃ habuiſſe
vir eñ mundũ ingreſſus: mun-
dũ deſeruit: ⁊ intrauit deſertum
Sup etiã regnũ carnis. cuiꝰ lex
eſt carnalis laſciuia. ⁊ incole eiꝰ
ſũt oẽs lubrici ⁊ immũdi. Et
certe ſup illud fuit ↄſtitutꝰ iohã
nes. fuit eñ virgo puriſſimꝰ. vi
delz. q² ſingularis abſtinentie. i-
dutus et pilis cameloꝝ. ⁊ accin
ctus zona pellicea. cuiꝰ cib; erat
mel ſilueſtre ⁊ locuſte. Homo eti
am fuit ſanctiſſimꝰ. intrauit eñ
deſertũ: ne leui maculare vitam
famine poſſet. Sup regnũ etiaz
diaboli. cuiꝰ lex eſt ſupbia. cuiuſ-
ꝗ̃ incole ſunt omnes ambitioſi
et ſupbi. et reuera ſup iſtud fuit
conſtitutus iohãnes. nunꝗ̃ eñ
aliq̇s purus hõ potuit eſſe humi
lior iohãne. vt dictũ eſt. s̃. Su-
per regnũ etiã tyrannoꝝ huiꝰ ſe-
culi. in quo lex eſt terrena poten
tia ⁊ hũana malicia. cuiuſꝗ̃ ſũt
incole oẽs tyrãni ⁊ oẽs pau
peꝝ oppſſores. De iſto reg̃ tunc
erãt herodes ⁊ herodias et ſocij
coꝝ. Et certe ſup hoc regnũ fuit
conſtitutus. q² ip̃m ſua patiẽtia
ſupauit. Bene ergo dr̃ de iohan
ne ꝙ fuit cõſtitutus ſup regna.
q² ſuis ꝟtutib; ꝑdicta regna q̃t-
tuor ſupauit. ¶ Sed ad q̇d
fuit ↄſtitutus: certe vt euelleret.
deſtrueret. diſpderet ⁊ diſſiparet
id eſt reprobos eſſe euellẽdos de
terra viuentiũ. ⁊ deſtruẽdos eſſe
in die iudicij p diuinã ſñiam. et
diſpdendos. i. retrudendos eſſe
in infernalẽ iehennã. ⁊ diſſipan-
dos eſſe. i. totaliter repellẽdos eſ
ſe a diuina miſcdia ⁊ a diña me
moria in fine mundi ꝑdicaret et
ꝓpheraret. vñ dictũ fuit ſupra. vt
euellas ⁊c̃. Et nõ ſolum fuit con
ſtitutꝰ vt iſta mala futura repro
bis ꝑdicaret: ſed etiã vt electꝭ bo
na eis futura denũciaret. ſcz edi
ficatõz coꝝ i pallatio gl'ie. ⁊ plã
tationẽ coꝝ in virgulto patrie ce

leſtis. vñ dicit̄ ei. ⁊ edifices ⁊ plā
tes. i. electos edificandos eſſe. et
plātandos ꝓphetes. Uel ſic mo-
raliter. ꝯſtitutus fuit iohānes vt
verbis efficacib⁹ ſue p̄dicationis
euelleret a cordibus peccatorum
malas cogitationes ꝑ cōtritionē
⁊ deſtrueret nociuas dilectatōes
per verecūdam ⁊ integrā ꝯfeſſio-
nem. ⁊ diſꝑderet prauas operati
ones per dignaz ſatiſfactionem.
et diſſiparet peccādi ꝯſuetudinē
per ꝯ̄riam aſſuefactōem. ⁊ edifi-
caret ſic purgatos a malo ſupra
firmā petrā. i. xp̄m per meritorū
cumulatōem. ⁊ plātaret ī orto ec
cleſie ꝑ virtutū firmā radicatio-
nē. vñ dictū fuit iohāni. vt euel-
las ⁊c̄. Ad h̄ em̄ quilibet p̄dica-
tor ꝯſtituit̄. vt vicꝫ ſua p̄dicatōe
q̄ttuor p̄dicta regna ſuꝑet. p̄mū
q̇dem p̄dicando ꝯtemptū mūdi
⁊ pauꝑtatē. ſcōm p̄dicando ab-
ſtinentiā ⁊ caſtitatē. tertiū p̄dicā
do humilitatē. quartuꝫ p̄dicādo
patiam ⁊ innocentiā. Cōſtat etiā
vt euellat ⁊ deſtruat. ⁊c̄. ſic̄ dc̄m
eſt ſtatim. Patet igit̄ ex p̄dictis
ꝙ iſta lectio dicta ad lr̄am Jere
mie: ꝯgruētiſſime dici poſ̄at io-
hāni bap. Et patēs eſt concor
dia inter iſtā lectionē ⁊ euāgeliū
qᷣ in iſta vigilia legit̄. qᷣ ſcribit̄
Luce p̄mo. ⁊ incipit. Fuit in die
bus herodis regis ⁊c̄. Patet ni
hilomin⁹ ꝙ ſecure potuerunt p̄-
dicare Jeremi. ⁊ iohes. tū q2 vter
qꝫ a deo purgat⁹. tū q2 a deo in-
ſtruct⁹, tū q2 ab eodē ad ꝓphetan
dū ⁊ p̄dicādū inſtitut⁹. Et ī iſtꝫ
ptꝫ ordo ꝯuenientiſſim⁹. Prīo
em̄ reqrit̄ ad p̄dicādū bona vita
q̄ notat̄ ī dīna purgatiōe. Scd̄o
ſciā cū eloq̄ntia. q̄ notat̄ in dīna
inſtructōe. cū dic̄ de⁹. Ecce dedi
v̄ba mea ⁊c̄. Tertio auc̄tas d̄ ſuꝑ
collata. q̄ notat̄ ī dīna īſtitutiōe.

¶ De ſcō iohe bap. Ser. ij.

PRiuſquaz te formarē in vtero noui
te. ⁊ anq̄ꝫ exires de ven-
tre ſctificaui te. ⁊ ꝓphām in gen
tib⁹ dedi te. vbi ſupra. A Fu
it iohes a deo format⁹ corꝑalit̄:
nō ſolū ſpūal̄r. Uñ ip̄e potuit di
cere deo illᷣ ps̄. Cognouiſti me
ſcꝫ ab eterno. q̄ꝫuis eſſem naſci-
turus in nouiſſimis dieb⁹ tu for
maſti me. ⁊ poſuiſti ſuꝑ me ma-
nū tuā. i. in formatione mei cor
poris tuā v̄tutē mirabilē oſtēdi-
ſti. De formatōe iohis q̄ꝫtuꝫ ad
q̄ttuor: īuenies ſatis in p̄mo ſer
mone ſui feſti. ſ. nūc hec dic̄ dn̄s
formās me ex vtero. ⁊c̄. Tertio ī
troducit̄ iohes a deo mūdat⁹ cele
liter. cū dic̄ ei [Sctificaui te]. id
ē a pctō originali celerit̄ mūdaui
te. Et bñ celeriter. q2 [anq̄ꝫ exi-
res de vētre]. ſ. mr̄is tue ꝑ natiuita
tē. Ubi ē notā. ꝙ ab iſto pctō ori
ginali mūdāt̄ hoīes triplici bap
tiſmo. i. baptiſmo flāmīs. baptiſ
mo ſil̄ flumīs ⁊ flāmīs. ⁊ baptiſ
mo ſāguīſ. Prīo baptiſmo. ſ. flā
mīs fuer̄t aliq̇ baptiſati. ⁊ ab il-
lo pctō mūdati: anq̄ꝫ eēnt nati. Et

tenet h̄ ecc̄ia firmiter de trib⁹ .ſ.
de Jere. cui dictū fuit ad lr̄am ꝟ
bū iſtud. añq̄ꝫ exires de vul. ꝛc̄.
Et de iohe bap. cui dcm̄ fuit ver
bū iſtud ſm allegoriā. Añq̄ꝫ exi
res ꝛc̄. q꞉ de ip̄o dixit angel⁹ Lu.
j. Sp̄uſcō replebit̄ adhuc ex vte
ro mr̄is ſue. Tenet etiā h̄ eccl̄ia
firmiter. q̄ꝫuis h̄ nō legat̄ in aliq̄
ſcriptura autētica de maria ꝟgie
martre xp̄i. Hoc āt ꝓbat̄ ꝑ locū
a maiori. q꞉ ſi iere. ꝛ iohes q̄ fue
rūt ſui dei fuerūt ſctificati añq̄ꝫ
nati mlto forti⁹ ꝟgo maria q̄ fu-
it ꝟe mater ſctiſcoꝝ. ꝓpter qð na
tiuitas vtroꝝ. q꞉ ſctorū fuit ſctā
ac ꝑ h̄ celebris ꝛ iocūda. Vnð ſi
de ſctis veteris teſtam̄ti feſta a-
geret eccia: certe ſolēnizaret ð na
tiuitate ieremie ſuo mō ſic̄ de na
tiuitate iohis ꝛ marie. ð ip̄a em̄
ꝟe exponit̄ illð ꝟbū pſ̄. Sctifica
uit tabnaculū ſuū altiſſim⁹. Et
illð etiā Ecc̄i. xxiiij. In ciuitate ſci
ficata ſilr̄ reqeui. .ſ. ꝟbū xp̄i vocā
tis ciuitatē ſctificatā matrē ſuaꝫ
Et illð etiā qð ſcribit̄ Zach. ij. c.
poſſidebit dn̄s iuda ꝑtē ſuā i ter
ra ſcificata. Vocat em̄ terrā ſcifi
catā mr̄em ſuā. in q̄ ſic̄ in ꝑte ſua
ſibi a ꝓpata ſpālr̄: tribū iuda poſ
ſedit. B Inter iſtos āt ſcti-
ficatos añq̄ꝫ eēnt nati dn̄a fuit
ꝛ q̄ꝫtū ad ſpaciū tꝑis ꝛ q̄ꝫtū ēt ad
q̄ntitateꝫ muner̄. Johes em̄ (vt
dr̄ ꝑ Jnno. iij. fuit in pctō origia
li vſq̄ꝫ ad ſextū mēſem a ꝯceptōe
ſua. Sexto āt mēſe xp̄o eū viſitā
te ꝑſonalr̄ ꝛ mr̄e xp̄i ſalutāte ma
trem ip̄ius: totalr̄ mūdatus fuit
ab oī pctō. ꝓpter q̄d exultauit in
gaudio in vtero mr̄is ſue Luc. j.
Jerem̄. aūt (vt credit̄) maiori tē
pore fuit in pctō. fuit em̄ ſctiſica
tus ſeptio mēſe vel. viij. h̄ tn̄ ne-
ſcit̄. ſꝫ h̄ ꝓculdubio certū ē ꝙ añ
fuit ſctificat⁹ q̄ꝫ nat⁹. Virgo aūt
mr̄ xp̄i celeri⁹ fuit ſctificata q̄ꝫ a
aliq̄s iſtoꝝ. vn̄ forſan eadē die q̄
pctm̄ ꝯxit ſāctificata fuit. ꝛ ego
credo ꝙ eadē hora. credo enim ꝙ
ita cito q̄ꝫ cito fieri potuit abſq̄ꝫ
ꝯdictōne ſctificata fuit. Dn̄a
etiā fuit inter iſtos ſctificatos q̄ꝫ
tū ad q̄ꝫtitatē muneris. Dr̄ em̄ ꝓ
babilr̄ ꝙ ierem̄. in ſua ſctificatōe
tātū recepit de gr̄a ꝙ ꝑ ip̄am po
tuit ſꝑ vitare oē mortl̄e pctm̄. cō-
pſſit em̄ in eo fomitē ꝙ ex tūc nō
iclinauit eū ſic fortiter ad pctm̄
q̄n faciliter vitare poſſet. Johes
āt tātū tūc recepit de gr̄a ꝙ potu
it ſꝑ vitare facilr̄ nō ſolū oē pctm̄
mortl̄e: ſꝫ etiā freq̄ntiā venialiuꝫ.
Btā āt ꝟgo pl⁹ recepit de gr̄a q̄ꝫ
iſti. tātū em̄ recepit ꝙ ꝑ eā potu-
it ſꝑ vitare facilr̄ nō ſolū oē pctm̄
mortale: verū etiaꝫ oē veniale in
vniuerſali ꝛ ꝑticulari. Puto eti
am dicit btūs Bern̄. ꝙ tam co-
pioſum munus gratie deſcendit
tunc in virginem. ꝙ non ſolum
ſanctificauit eius ortum: veruꝫ
etiam ſemꝑ eam ſeruauit ab om
ni peccato immunē. ꝛ nō ſoluꝫ a
peccato: ſed ab omni inclinatio-
ne ad maluꝫ. ꝛ ab omni difficul
tate ad ipſum bonum. Multi

etiam fuerũt ſanctificati baptiſ-
mo flaminis poſt natiuitatẽ ſuã
ſicut abraham qui fuit iuſtꝰ añ-
quam eſſet circũciſꝰ gñ. xv. Sic
et cornelius qui fuit iuſtificatꝰ
anteq̄ȝ fuit baptizatꝰ. actu. x. Nõ
enĩ alligauit deꝰ ſuã potentiam
ſacramentis. Iſte etiã baptiſmꝰ
flaminis nõ ſolum delet peccatũ
originale: verum etiam et q̄cũqȝ
alia peccata. gratia enĩ ſpũſſãcti
non poteſt ſimul ſtare cũ aliquo
peccato. Baptiſmo aũt fluminis ⁊
flaminis ſanctificãtur homines
in nouo teſtamento. Marci vlti.
Qui crediderit ⁊ baptizatꝰ fue-
rit ſaluꝰ erit. Iſta autẽ ſanctifica
tio figurata fuit in veteri teſtamẽ
to ꝑ illas mũdationes ⁊ aſperſi
ones q̇bus homines tũc mũda-
banꝰ. baptiſmo etiã ſanguis ſã-
ctificanꝰ homines nũc nõ ſolũ a
peccato originali: verũ etiã a q̇-
buſcũqȝ peccatis actualibus. da
to etiã ꝙ baptiſmo eccleſie non
fuerint expiati. Si enim ſãguis
animaliũ ſanctificauit homines
in veteri teſtamẽto quando ipſa
offerebãtur deo: multo fortiꝰ ſãg
uis hominis ꝓ xp̄o fuſus. quãdo
reddens vicẽ xp̄o offert ſe ipſum
per martiriũ in verũ ſacrificium
ſanctificat ip̄m ab omĩ peccato.
hoc enim nũc facit ſanguis ieſu
xp̄i pro quo fundiꝰ iſte ſanguis.
Sãguis enĩ martiris quodãmõ
p̄t dici ſanguis xp̄i. ſicut etiã di-
ciꝰ ad heb. ix. Sanguis hircorũ
inq̇natos ſanctificat ad emũda-
tionẽ carnis. quãto magꝭ ſãguis
xp̄i ⁊c̄. Poſt iſtũ aũt baptiſmũ
nõ ẽ aliq̄ ſanctificatio poſſibilꝭ a
peccato originali. ꝑ baptiſmũ ẽi
illũ deleꝰ peccatũ origĩale ⁊ actu
ale. Et de iſta ſãctificatione diciꝰ
eccĩ. ĳ. Qui timẽt dñm prepara-
bũt corda ſua. ⁊ in ꝯſpectu illius
ſãctificabũt aĩas ſuaſ ¶ Ul
timo introduciꝰ Io. tãq̄ȝ p̄miſſꝰ
ſupp. añ xp̄m ſolẽniꝰ qđ notaꝰ cũ
diciꝰ a deo. ⁊ ꝓphetã in gẽtibꝫ de
di te. Expone ſicut prius expoſi
tũ eſt in expoſitõe lcõnis Sed
quõ diciꝰ ei. ꝓphetaȝ dedi te. cuȝ
ip̄e dicat Io. j. nõ ſũ ꝓpheta. Po
teſt dici dupliciꝰ. p̄mo ꝙ dixit ſe
non eſſe ꝓphetã. xp̄m enĩ quẽ alĳ
prophete venturũ eſſe p̄dixerũt:
ip̄e primus veniſſe oſtẽdit. ⁊ ſuo
demonſtrauit digito. d. Ecce ag
nꝰ dei Fuit ergo ꝓpheta. qꜭ mul
ta ventura p̄dixerat. ⁊ pluſq̄ȝ ꝓ-
pheta. qꜭ ꝓphetarũ glᷓam ſuo di-
gito demõſtrauit. vnde ſaluator
ait. lex ⁊ ꝓphete vſqȝ ad ioħ. Et
diciꝰ ſic ꝙ ip̄e ſe non negauit eſſe
prophetam ſimpliciꝰ. quia vere
propheta erat. ⁊ hoc ipſe ſciebat
ſed negauit ſe eſſe heliſeũ prophã
Illi enĩ qui erant miſſi interroga
uerũt eum primo ſi eſſet criſtus.
ſcđo ſi eẽt helyas. t̃tio ſi eẽt ꝓpħa
ſcȝ. helyſeꝰ. tũc enĩ ꝑ quãdaȝ an-
tonomaſiã helyſeꝰ dicebaꝰ ꝓpħa
vñ diciꝰ ꝙ ĩ greco eſt cũ articulo
ſic. g̃ la. ꝓpħa es tu. et certe ſic ip̄e
nõ erat xp̄s nec helias ĩ pſõa: ſic
nõ erat heliſeꝰ, ⁊ tñ veiꝰ ꝓpħa fu

it Sciendū aūt q̄ꝫtū ad hoc ꝙ
ꝓpheta dr̄ in ſcp̄turis q̄ttuoꝛ mo
dis. Uno mō dr̄ iſte ꝓpha q̇ eſt p̄
dictoꝛ futuroꝝ. q̄ſi ꝓcul fans. et
h̄ mō dr̄ ꝓpꝛie ꝓpheta. ſic̄ Eſayas
de q̄ dr̄ Eccī. xlviij. Eſayas pꝛo
pheta magn⁹ ſpū mag̃ vidit vlti
ma. Scd̄o mō dr̄ ꝓpheta ille q̇ eſt
inſpectoꝛ ſecretoꝝ. ſup. q̄ alij nō
vidēt. q̄ſi ꝓfunde fans. ⁊ h̄ mō fu
it heliſe⁹ ꝓpheta. nō ſolū qꝛ pꝛedi
xit futura: verū etiā qꝛ iſpexit oc
culta ⁊ ſecreta. De ip̄o enī dicit
iiij. Reg. v. ꝙ dixit gyeſi puero
ſuo. Nōne coꝛ meū ī p̄ſenti erat
qn̄ reuerſus ē homo ſcꝫ naamā ī
occurſum tui. a q̄ accepiſti argē-
tū. vidit em̄ ac ſi eſſet p̄ns qđ fe-
cit gyeſi. cū tn̄ ab eo multū eſſet
diſtāſ. Tertio dr̄ ꝓpheta iſte q̇ eſt
expoſitoꝛ miſterioꝝ. ſup. ſcp̄tu-
re dinc. q̄ſi ꝓmpte fans. iuxta il-
lud qđ dr̄. j. ad Coꝛinth. xiiij. c.
Qui ꝓphetat: hoībꝰ loq̇t ad edifi
cationē ⁊ exhoꝛtationē ⁊ ꝯſolati
onē. Iſto mō q̇libet doctoꝛ bon⁹
⁊ bon⁹ p̄dicatoꝛ pōt dici ꝓpheta
Quarto mō dr̄ ꝓpheta q̇libet lau
datoꝛ dei. et ꝯcētoꝛ eloquioꝛum
ei⁹. Iſto em̄ mō fuit ꝓpheta ad tē
pus ſaul. de q̄. j. Reg. x. Num et
ſaul inter ꝓphetas. qn̄ enī cuneuſ
ꝓphetaꝝ venit ſibi obuius venit
ī eū ſpirit⁹ domini ⁊ ꝓphetauit
ī medio eoꝝ. Iſti aūt ꝓphete ſm̄
ꝙ dicit mḡr in hyſtoꝛijs. erāt q̇
dam religioſi inſtituti a ſamue-
le ad laudādū deū. vn̄ q̇libꝫ lau
datoꝛ dei et ꝯcentoꝛ eloq̇oꝛum
eius pōt dici hoc mō ꝓpha. qua-
ſi pulcre fans. Nūc ad ꝓpoſi-
tū iohēs fuit ꝓpheta iſtis q̄ttuoꝛ
mōis. fuit em̄ ꝓpheta ꝓcul fans
qꝛ p̄dixit futura. Luce. iij. Pre-
dixit em̄ de xp̄o ꝙ purgaret are
am ſuā in die iudicij ⁊ ꝯgregarꝫ
triticū ſuū in hoꝛreū. paleas aūt
cōburerꝫ igne inextinguibili. ſic̄
etiā ptꝫ Ioh. iij. cū dixit de chri-
ſto. Illū opoꝛtet creſcere. me aūt
minui. ⁊ in multis alijs locꝭ. Fu
it etiā ꝓpha q̄ſi ꝓfunde fans. qꝛ ī
ſpexit occulta. Xp̄m em̄ latitan-
tē in matrꝭ vtero adeſſe geſtiebat
In cui⁹ ſignū exultauit Luce. j.
vn̄ ip̄o exultante cog̃uit Eliza-
bet mater ſua xp̄m eſſe filiū ma-
rie ſalutātis ip̄am. ꝓpter qđ ⁊ di
xit. vn̄ hoc mihi ꝙ veniat mater
dn̄i mei ad me. Fuit etiā ꝓpheta
q̄ſi ꝓmpte fans. qꝛ diuina myſte
ria expoſuit. fuit em̄ teſtis veri-
tatis ⁊ p̄co xp̄i. Multa em̄ đ cri
ſto ipſo luculēter expoſuit. ſicut
ptꝫ. Fuit etiā ꝓpheta q̄ſi pulchꝛe
fans. qꝛ deū laudauit ⁊ coꝛdiali
ter exultauit. Exultauit em̄ ī vte
ro matris ſue ad p̄ntiā chꝛiſti et
matris ſue. q̄ſi geſtiens ipſos re
ſalutare. Cātauit etiā dulciter co
ram chꝛiſto oſtēdēs eū digito ac
dicēs. Ecce agn⁹ dei ⁊c̄. Multa
etiā alia ꝓtulit in laudē xp̄i. ſicut
ex euāgelijs ptꝫ. Propheta g̃ cri
ſti fuit in via. que nunc in patria
videt clare. diligit ꝑfecte. ⁊ cuius
fruit̄ bonitate ⁊ leticia ſempiter
na. Ad quā nos ⁊c̄.

## De ſcō iohe bap. Ser. iij.

ECce conſti tui te hodie ſup gẽtes ⁊
regna vt euellas ⁊ de-
ſtruas. ⁊ diſpdas ⁊ diſſipes. ⁊ e-
difices. ⁊ plãtes. vbi ſup. D
Quãuis aũt verbũ iſtud ad lit-
terã ieremie ſacerdotis: ↄuenien
ter ſm allegoriã exponi poſſit ð
precurſore criſti iohe. ſ. baptiſta
ſic appuit ſupi⁹ in expoſitõe epl'e
ↄgrue tñ exponi põt ad honorez
ſũmi põtificꝫ. ſ. btĩ Petri vicarij
ieſu criſti. Et h̄ i feſto ſue cathe
dratiõis. qñ. ſ. apȯ anthiochiam
fuit ſolẽnit' cathedrat⁹. Tũc eĩn
xp̄s potuit ei dicere verbũ iſtud
Ecce ↄſtitui te hodie ⁊c̃. Sic̃ enĩ
dic̃ Innñ. 3. extra ð ma. ⁊ obe. In
caplo ſolite verbũ iſtud fuit dc̃m
nõ ab hoĩe: ſꝫ a deo. nõ regi: ſꝫ ſa-
cerdoti. nõ de ſtirpe regia: ſed ð
ſacerdotali pſapia deſcẽdẽti. Et
certe poſt xp̄m null⁹ fuit vnq̃ꝫ ſa
cerdos cui ↄueniẽti⁹ dicere potu
it de⁹ verbũ ppoſitũ. nec etiã ita
ↄueniẽter ſic̃ petro ⁊ cuilibet ſuo
ſucceſſori. Et ſciẽdũ ꝙ in h̄ v-
bo tãgunt' q̃nq̃ꝫ. vicꝫ. p̄mo q̃ꝫtuꝫ
ad petrũ pmotũ ſũma ydoneitaſ
cũ ipm demõſtrat d. Ecce ðdi te
ð q̄ exponat' illud dictũ noe p̄ri
arche. q̇ tp̄e diluuij arche p̄fuit. ⁊
omibꝫ q̄ in archa fuerũt (Te ait
illi de⁹) vidi iuſtũ corã me. Re-
uera btũs petr⁹ fuit dignior p̄r
archa q̃ꝫ noe ⁊ tp̄e diluuij. i. tẽc
curſ⁹ mũdi qñ iniq̇tas inunda-
uerat p̄fuit arche. i. eccl'e ⁊ omni
b⁹ q̇ erãt ſub tutela ei⁹. ⁊ ad iſtaꝫ
p̄latiõeꝫ fuit petr⁹ ſũme ydone⁹
vt poſſꝫ ei dicere xp̄s. Te vidi iu
ſtũ corã me. Idcirco tu eris ſup
domũ meã ⁊ ad tui oris ĩperiuꝫ
cũctus ppl's obediet. ſicut dixit
pharao illi ioſeph gñ. xlj. Se-
cũdo tãgit' quãtũ ad ipaꝫ pmo-
tionẽ ſũma ſtabilitas. cũ addit'
cõſtitui. ſ. ego xp̄s nõ man⁹ pre-
ualẽtꝫ potẽtie. q̄ ſepe inſtituit ĩ p̄
latiõe intruſos. nec gen⁹ excellẽ
tis pſapie q̄ ſepe ↄſtituit abſq̃ꝫ
aliq̄ ſufficiẽtia generoſos. nec fa
ſtus mẽtis ambiẽtꝫ ſupbie. q̄ ſe-
pe ↄſtituit ambicioſos. nec mũ⁹
corrũpẽtꝫ pecũie. q̄ ↄſtituit ſymo
niacos ⁊ gieſitas ⁊ lepſos. Non
hec ↄſtituerũt petrũ. ſed ipe xp̄s
dicẽs ei Paſce oues meas. Joh
vlti. Potuit ḡ dicere petr⁹ illud
v̄bũ p̄s. Ego aũt ↄſtitut⁹ ſum rex
ab eo. rex. i. rector ab eo. i. xp̄o ſu
per mõtẽ ſyõ. i. ſup vniuerſali ec
cleſia p̄dicãs preceptũ ei⁹. E
Tertio tãgit' q̃ꝫtũ ad ipſũ feſtuꝫ
ſũma celebritas. cũ dic̃. hodie. p
cathedrã ſ. petri ĩ q̄ hodie collo-
cat⁹ fuit. h̄ ẽ p auctẽ cathedre ce-
lũ aſcẽdit. ſic̃ dic̃ Aug. in ſmone
vñ de h̄ exponere poſſum⁹ illud
ſcp̄ti. j. Re. xj. Hodie fecit dñs
ſalutẽ in iſrl'. Et bñ ſalutẽ. q̇a vt
dic̃ Aug. in ſmo. eoð. Sedẽ pon
tificalẽ p ſalute oĩm eccl'iaꝝ ſu-
ſcepit iſte apl's. dicente ei chriſto.
Tu es petr⁹ ⁊ ſup hãc ⁊c̃. Mat.

xvj. Idcirco dies iſta celebris eſt
⁊ veneráda. vñ. Aug. in eodẽ ſer.
Petrũ itaq; fundamẽtũ eccl'ie no
minauit criſtꝰ. iõ digne h̄ funda
mẽtũ eccl'ia colit: ſuꝑ qḋ edificiũ
eccl'ie altitudo ꝯſurgit. Quar
to tãgit̃ ꝗ̄tũ ad cõiſſimũ officiũ
ſũma auctoritas. cũ ſubdit̃. ſuꝑ
gẽtes. ſup. vniuerſas. ⁊ ſuꝑ reg̃.
ſup. cũcta. Dicit̃ eñ de btõ petro
tius fuit optimus ſeminator.
Precent⁹ enim diuinit⁹ in bñ
dictõibus dulcedinis ſemina
uit verba veritatis tāꝗ̄ diuine
legis apt⁹ ꝑdicator. Facta ꝓbi
tatis tāquam diuine legis ꝑfe-
ctus obſuator. Dona pietat tā
quam fraterne neceſſitat beni-
gn⁹ recreator. Exempla ſancti
tatis tamquā fraterne ſalutis
deuot⁹ emulator. Primo dico
ſeminauit verba veritat tāꝗ̄
diuine legis aptus predicator
Fuit enim predicator verbi dei
ex officio tamquam romane ec
cleſie archydiacon⁹. ⁊ iniūctū ſi
bi officiū excellēter exercuit. ſei
nādo euāgelij veritatē. Luc. viij
dicit ſaluator ꝙ ſemē eſt verbū
dei. Ergo beat⁹ laurētius exē-
plo xp̄i exijt ab occulto ꝯceptio
nis ad publicū predicationis.
iuxta illō qō ibidē de xp̄o expo
nit. Et ſuo mō dici pt de laurē-
tio. Exijt qui ſeminat ſeminare
ſemen ſuū Unde ſicut dr in ea
dem pabola de ſemine ꝙ aliud
cecidit ſec⁹ viā. ⁊ aliō ſupra pe
trā. ⁊ aliud inter ſpinas. ⁊ aliō
in terrā bonā. Sic rctē fuit in
ꝑdicatione hui⁹ ſcti. Uerbum
enī ſuū quod ꝑdicauit. quātū
ad deciū. valerianū. ⁊ alios mi
niſtros dyaboli q laurētiū gra-
uiſſime cruciauerūt. cecidit ſe-
c⁹ viā. ſupra petram. ⁊ inter ſpi
nas. qr corda ipoꝝ erāt ſugge-
ſtionib⁹ demonū praua. dura ⁊
nullo dei nomīe penetrata. cor
da etiā ſpinoſa. mūdanis ſolli-
citudinib⁹ occupata. Jdcirco ī
cordib⁹ taliū iſti⁹ ſcti ꝑdicatio
nllū pcit⁹ attulit fructū. Quā
tū autē ad lucillum. ypolitū ⁊
ſuā familiā romanā. ⁊ multos
alios. ſemē. i. ꝑdicatio btī lau-
rētij cecidit in terrā bonā. Jſti
enim in corde bono ⁊ optio au-
diētes ꝓ os beati laurētij ꝟbū
ſalutiferū ipm retinuerūt. ⁊ in
patiētia fructū attulerunt. Et
bene in patiētia. quia mlti ꝺ ip
ſis gloriam martyrij attulerūt.
Deus igit āmiſtrauit ſemē hu-
ic ſemināti ⁊ mltiplicauit ei⁹ ſe
men. ſicut dicit apoſtol⁹ in epi
ſtola iſta Prochdolor nō ſūt
mō tales ſeminatores. ſed mul
ti ſunt de quibus dr Ozee. viij.
Uentū ſeminabūt. ⁊ turbinem
metēt. Seminant enī multi nō
verba vtilia. nō ſana ⁊ fructuo
ſa. ſed verba vana ⁊ vētoſa. ⁊ ſe
pe ꝑnicioſa. ⁊ idcirco timere de
bent. ꝙ metāt in die iudicij tur-
binem ſcilicet condēnationis.
ꝗ ipſos ꝓiciat ī infernū. C
Secūdo dico ꝙ ſemiauit be-
atus laurentius facta probita-
tis tamquam ipſius euangelij
perfectus obſeruator. Quis ei

ſuper ipſum obſeruauit cristi p̄
cepta: ꝛ ſupererogauit conſilia
quis ſup ipſum declinauit om
nia mala. ꝛ fecit quaſi omīa bo
na. Reuera illa pfecta ꝛ habun
dans iuſticia de qua dicit ſalua
toꝛ Mat. v. Niſi abundauerit
iuſticia veſtra pluſquaȝ ſcriba
rum ꝛ phariſeoꝝ non intrabitiſ
in regnū celoꝝ. Iſta inquā ha-
bundans iuſticia fuit in laurē-
tio ꝛ in ſanctis alijs ſui tempo
ris. ſicut enim dicit apo. ī hac
epl'a. Potēs fuit deus omnem
gratiam id eſt pfectam iuſticiā
habūdare facere in eis vt in om
nibus ſemp omnē ſufficientiaȝ
habentes habundarēt ī oē op⁹
bonū. Seminauit ḡ opa iuſti-
cie abūdanter. ꝓpter qd̄ ꝛ ip̄e iā
metit fruct⁹ miſcdie abūdātis
iuxta illud Ozee. x. Seminate
vob in iuſticia. et metite in oꝛe
miſcdie. ſic dr̄ Prouer. xj. Se-
mināti iuſticiaȝ merces pꝛemij
ſup. erit fidel' Prochdoloꝛ n̄
ſūt mō tales ſeminatoꝛes (qua
lis fuit vn⁹ btūs laurenti⁹) qui
ſeminant iuſticiā abundanteȝ
ſed multi ſūt q̇ ſeminānt iniqui-
tatē. Dicit em̄ ſaluatoꝛ Math.
xxiiij. Et qm̄ abūdabit iniq̇tas
idcirco refrigeſcet caritas mul
toꝝ. Et ve tales q̇ iniq̇tatē ſei
nāt: metēt in alio ſeculo mala.
Dr̄ em̄ Prouer. xxij. Qui ſemi
nat iniq̇tatē metet mala. Pctō
res vtiq̧ ꝛ mūdani hoīes ſunt

illi qui ſeminānt iniquitates. vi-
delȝ offēdendo deū. illudēdo p
ximū. polluēdo ſeip̄os. ꝛ inqui
nādo mūdū. ꝓpter qd̄ ꝛ ip̄i niſi
ſemē iſtud maledictum q̄ntuȝ
potuerint p penitētiā extiguāt
metent in alio ſcl'o illa mala in
fernalia que nunq̄ȝ terminent.
D Tertio dico ꝙ iſte bea-
tus laurenti⁹ ſeminauit dona
tanq̄ȝ humane neceſſitatis be-
nignus ſuſtētatoꝛ Cum em̄ ip̄e
eſſet tūc paup nō ſolū ſpū: ſȝ eti
am reb⁊ tpalib⁹: diſtribuit tn̄ a
būdātiſſime paupib⁹ oēs the-
ſauros eccl'ie. Ip̄e ei ē iſte d q̄ q̄n
tū ad h̄ ſpāl'r dr̄ illd vbū bn̄. qui
ſeminat ī bn̄dictōib⁹. i. ſic copi
oſe et grōſe dat paupibus el'as
vt a deo et hominibus mereat̄
benedici. d benedictionib⁹ ſup.
ipſius dei ꝛ metet id eſt recipiet
largam benedictionem. Quod
in iſto glorioſo martyre procul
dubio verificatum extiit. Ipſe
enim per figuram eſt yſaac. d q̄
dicitur Geneſis xxvi. ꝙ ſemiā-
uit in terra illa. ꝛ inuenit in ip
ſo anno centupluȝ. benedixitq̧
ei deus. ꝛ locupletat⁹ eſt homo
et ibat proficiens atque ſuccre-
ſcēs donec magn⁹ vehementer
effectus eſt. Vere noſter yſaac
riſus ꝛ gaudium omniū mini
ſtroꝝ eccl'e ſeminauit in terra il
la. i. in mdo iſto dōa. ſ. multa. ꝛ
bn̄ficia pietatiſ ꝛ iuēit ī ip̄o āno
cētuplū. Et bn̄ ī iſto āno q꜠ poſt

paucos dies poſtq̃ꝫ iſtam ſemi
natioнeꝫ fecerat ꝑ martiriũ aſ
cendit in terrã viuẽtiũ. in qua
pro bonis q̄ in iſta terra mori
entiũ fecerat. iam centuplũ ac
cipit. ⁊ vitam poſſidet ſẽpiter-
nam. Unde ergo ſubdit̃ ꝙ bñ-
dixit ei deꝰ ⁊ locupletatꝰ eſt ho
mo. ſup. diuitijs ſpiritualibꝰ. ⁊
ibat ꝓficiẽs atq̃ꝫ ſuccreſcẽſ. ſup.
de ꝟtute i ꝟtutẽ dõec vehem̃ter
magnꝰ effectꝰ eſt. Magnꝰ qui
dem. i. habundãs diuitijs glo-
rioſis. Paucos habemꝰ modo
tales ſeminatores. parci enĩ ſũt
multi ⁊ auari. de quibus dicit
hic apoſtolꝰ. Qui parce ſemi-
nat: parce ⁊ metet. Multi etiaꝫ
ſunt q̄ ⁊ ſi ſeminãt abundãter:
nõ tñ pauperibꝰ: ſed diuitibꝰ. ñ
extraneis: ſed ꝓpinq̄s ⁊ paren-
tibꝰ. de quibꝰ dicit apl'ſ ad Ga
lathas. vj. Qui ſeminat in car
ne: de carne et metet corruptio-
nẽ. Multi eñ ſũt qui nec iſtis
nec illis aliq̃d boni ſeminãt: ſꝫ
ſolũ malũ. vtpote iurgia iter ꝓ
ximos ⁊ parẽtes. ⁊ diſcordiaſ ĩ
ter fratres ⁊ amicos. de quorũ
quolibet dr̃ Prouer. vj. c. Ho
mo apoſtata vir inutilis ⁊c. vſ
qꝫ. prauo corde machinat̃ do-
lũ. ⁊ in omni tp̃e iurgia ſemĩat
de q̄ ſtatim ſubdit̃. Huic extẽ-
plo vẽiet ꝑditio ſua. ⁊ ſubito cõ
teret̃. nec habebit vltra medi-
cinã. Jſti etiam ſũt illi q̄s odit
ſpecial'r dñs. de quibus in co-
dẽ. c. dic̃ ſapiẽs. Sex ſunt que
odit dominꝰ. ⁊ ſeptimũ deteſta
tur. vicꝫ. eũ qui ſeminat int̃ far-
tres diſcordiã. Jſti aũt ſũt oẽs
vtiqꝫ q̄ ſeminãt dolores ⁊ me-
tent eos incõplete in hac vita. et
cõplete in alia metẽt. Job. iiij.
dicit ille. vidi eos q̄ opant̃ iniq̄
tatẽ ⁊ seminant dolores. i. iur-
gia ⁊ diſcordias q̄ ſũt multiſ cã
dolorũ. ⁊ metũt eos. q̄ꝛ ipi ſepe
partẽ ſuã de doloribꝰ habẽt in
hac vita. flante deo ꝑiſſe. ⁊ ſpi-
ritu ire eius. i. iuſticie eſſe cõſũ-
ptos. ⁋ Quarto dico ſe-
minauit exemplũ ſanctitatiſ tã
quã fraterne ſalutis deuotꝰ emu
lator. Jpe eñ ſeminauit exem-
plũ iuſticie ĩ diſtributõe theſau
ri. Et certe iſtud exẽplũ adhuc
manet ⁊ ſemꝑ manebit. vñ de
ipo dr̃ ſpẽaliter Diſperſit dedit
pauperibꝰ: iuſticia ⁊c̃. Jpe etiã
ſeminauit exemplũ ꝟtutiſ ⁊ au
dacie in aggreſſiõe ⁊ irriſiõe ty
rannoꝝ. Dicebat enĩ Ualeria-
no. Diſce miſer ꝟtutem dñi no
ſtri ieſu xp̃i. q̄ꝛ carbões tui mi-
hi refrigeriũ: tibi aũt eternum
ſuppliciũ ꝑſtant. Dicebat etiaꝫ
Decio ceſari. Ecce miſer aſſaſti
me. iam ꝟſa ⁊ mãduca ⁊c̃. Se-
minauit etiã exemplũ patiẽtie
in toleratiõe tormẽtoꝝ. de qui-
bus cũ illi mirarentur dicebat.
Ego iſtas epulas ſemꝑ optaui
Seminauit etiã exemplũ ꝑſe-
uerantie in ꝯſummatiõe meri-

toꝝ. grãs eũ agens deo cum ī craticula aſſaretur spm̄ emiſit. Ergo ſeminauit quaſi oĩa exempla sanctitatꝭ. q̄ ſemĩauit ſuper omnes aplos. pcipue ſuper omnes eccleſie miniſtros. Jpſe enim eſt vnꝰ ex illis de quibꝫ dicit yſaie xxxij. Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas. i. ſuper omnes pplos Aque enim multe ppli multi. ſicut dicit in Apocalip. xvij. Seminauit ergo ſuper omes aquas. i. ſup omnes pplos exempla ſanctitatis. ꝛ ſeminat vtiqꝫ ĩ lacrimis. tũ qꝛ ſuſpirabat ad celeſte gaudiũ. tum etiaꝫ qꝛ cupiebat q̄ ſemē ſuũ in alijs pficeret ꝛ afferret cētuplũ fructũ. Juxta illud pſal. Qui ſeminant in lacrimis ꝛc. Jpe eñ ē iam metēs q̄ fuit ſemians. Et certe vtrũqꝫ fecit in gaudio ſpirituali. iuxta verbũ xpi Joh. iiij. Qui ſemiat ſimul gaudeat ꝛ q̄ metit. Quod quidē gaudiũ ꝛc.

Jtē de ſancto Laurentio. Sermo tertiꝰ.

Diſperſit dedit pauperibꝫ iuſticia eiꝰ manet in ſeculũ ſeculi in pſalmo ꝛ ad Corin. vbi ſupra. ¶ Notandum q̄ diſtributio facta p beatũ Laurentiũ ex quatuoꝛ ꝯmēdatur. videlicꝫ Ex dono affluente. Ex mō cōplacēte Ex motiuo inducente Ex cōmodo ꝯſequēte Cōmendatur dico pmo ex dono affluēte cũ dicit. diſperſit. ꝯſiderauit aũt laurētius quod dicit Eccs iij. Omnia tps habēt. Eſt eñ tps ꝯgregādi. ꝛ tempꝰ diſpergēdi. vere tũc eſt tempꝰ diſpergēdi qñ illud qđ homo ꝯgregauit licite: maxime de laboꝛe manuũ ſuarũ: dat paupibꝫ. vñ apoſtolus ad Ephe. iiij. Qui inq̄t furabatur iā non furet. magis aũt laboꝛet operādo manibꝫ ſuis qđ bonũ eſt vt habeat vñ tribuat neceſſitatē patienti Certe hic ſctũs martir hũit tps ꝯgregādi qñ btũs ſixtꝰ cũ duceretur ad martyriũ tradidit ei theſauros vt ipſos eccleſijs et ſanctis pauperibꝫ erogaret. poſtea habuit opoꝛtunũ tēpꝰ diſpergēdi. qꝛ antequā ipſe inciperet martyriũ: inuenit mltos pauperes neceſſitatē patientes Cōmendatur ergo pꝛimo ex dono affluēti ibi. diſperſit. Scđo ex modo cōplacēte ſeu ꝯgruente ibi. dedit. ſup. liberaliter delectabilit placabiliter ꝛ glorioſe Dedit eniꝫ omnē ſubſtātiā domus ſue. i. eccleſie p dilectiōe dei Et certe p cōpaſſionē quā habuit ad xpm omnia q̄ habuit vel habere poterat deſpexit. ꝛ quaſi p nichilo reputauit. Juxta illud Canti. viij. Si dederit homo omnem ſubſtātiaꝫ domus ſue pꝛo dilectiōe ſupple dei quaſi nichil de

ſpiciet eam. Tertio cōmēdatur
ex motiuo inducēte. cum addit.
pauperibꝫ Quis em̄ no uit qs
induxit illum glorioſum viruꝫ
ad ſic erogandū: certe primo ꝓ
paupertas ꝛ pauperū pluralitas.
vnde nō dicit paupi in ſingula
ri: ſed pauperibꝫ in plurali. mul
tos em̄ pauperes ſemp habebi
tis vobiſcuꝫ dixit xp̄s ꝛc̄. Pau
peribꝫ ergo dedit. ꝛ maxime ill'
de quibꝫ dicitur Math. v. bea
ti pauperes ſpiritu ꝛc̄. Cōmen
dat quarto ex cōmodo ꝯſequen
te. cum ſubdit Juſticia eius. i.
merces ſue iuſticie. ſupple quā
fecit dando paupibꝫ, vt ſupra
dictū eſt. manet in ſclm ſcli Di
citur em̄ Sap̄. v. ꝙ iuſti imper
petuū viuent. ꝛ apud dominuꝫ
ꝛc̄. Si apud dn̄m ē merces iu⸗
ſtorū. ergo ieternū manebit. De
hoc etiā exponi poteſt illud qd̄
dicitur Sap̄. primo Juſticia ꝑ
petua eſt ꝛ imortalis qꝛ p̄miuꝫ
iuſticie nūquā morietur: ſꝫ viuet
ineternū. Circa iſtud vltimū
ſciendum ꝙ iſte martyr glorio⸗
ſus videlicet beatꝰ laurētius iu
ſticiam (cuius p̄miū manet i ſe⸗
culum ſcli) obſeruauit bene vi⸗
uendo. Declarauit bene docēdo
Defenſauit ꝓ fide patiēdo. Cō
firmauit in fide moriēdo. Pri⸗
mo dico obſeruauit iuſticiā be
ne viuendo. Juſticiā dico fidei
ꝛ euangelij ſciens ſcriptuꝫ eſſe
Abacuc. ij. Juſtus ex fide viuit

Hec eſt iuſticia abundās ꝛ per
fecta ſine qua nō intrat i regnū
celorū Math. v. Niſi habun⸗
dauerit iuſticia vr̄a pluſq̄ꝫ ſcri⸗
barū ꝛ phariſeorū ꝛc̄. ꝑ quam in
trat in regnuꝫ. Unde ſaluator
Math. vj. primum querite re
gnū dei ꝛc̄. ꝑ quaꝫ acquirit reg
nū Per iſtaꝫ em̄ iuſticiā cogno
ſcuntur credenda. declarantur
cauenda. obſeruant agenda. ꝛ i
petrāt appetenda. Hec eſt illa
iuſticia de qua dicit beatꝰ lau⸗
rentiꝰ illud verbum pſal. Re⸗
tribuet michi dominus ſm iu⸗
ſticiā meam: ꝛ ſm puritatē ma⸗
nuū mearū retribuet mihi Pro
culdubio hic ſanctꝰ martyr ha⸗
buit manus puriſſimas. id eſt.
opera ſanctiſſima. vel puriſſi⸗
mas a receptione munerū. ym⸗
mo habuit. ſicut legitur. manꝰ
puriſſimas et ampliſſimas ad
erogandū. vnde dicit de ip̄o. di
ſperſit dedit pauperibꝫ ꝛc̄

Secundo dico ꝙ ip̄e decla⸗
rauit iſtā iuſticiaꝫ bene docēdo
Primo enim fecit exemplo xp̄i
ꝛ poſtea docuit. qꝛ ſm Criſoſt.
ſuper Mathe. prius bene viue
re. ꝛ poſtea bene docere. Per bo
nam eniꝫ vitam aſcenditur ad
ſcienciā bonā. ꝓpter quod ꝛ ip̄e
prius voluit obſeruare iſtā iu⸗
ſticiam bene viuendo. ꝛ poſtea
ipſam declarare bene docendo.
Unde ipſe poteſt nunc dicere
chriſto illud pſalmi. An nūcia

ui iuſticiam tuaꝫ in eccleſia ma
gna. quia in eccclesia romana.
que mater ē omniū ⁊ magiſtra.
Sequit᷑. Juſticiam tuā non ab
ſcondi in corde meo veritatem
tuā ⁊ ſalutare tuū dixi. i. verita-
tem euāgelicā (in qua ſm apo-
ſtolum. virtus dei eſt: ad ſalu-
tem omni credenti) aperte pre-
dicaui. i. non ſolū iuſticiam tu-
am predicaui corā Decio ⁊ va-
leriano ⁊ alijs carnificibꝫ: com
minando eis perpetua tormen
ta: verum etiam predicaui miſe
ricordiam tuā que ipſos diu ex
pectauit ad penitētiam ⁊ alios
multos. ſicut ypolitum cuꝫ ſua
familia. ⁊ romanū militē ⁊ mľ
tos a ios per meā doctrinam il
luminans: ad fideꝫ ꝯuerti: ⁊ ad
gloriam martyrū perduxi. ꝓpter
qđ ſubdit in eodem pſal. Non
abſcondi miſericordiam tuā et
veritatem tuā a cōcilio multo.
ꝓpter qđ et ipſe beatus laurēti⁹
dign⁹ fuit miſericordia dei. vñ
ſubdit. Tu autem domine ne lō
ge facias miſerationes tuas a
me: miſericordia ⁊ veritas tua
ſemꝑ ſuſceperūt me. Tertio
dico ꝙ iſtam iuſticiaꝫ defēſauit
pro fide patiendo Materia nā
qꝫ martyrū fides catholica eſt.
ſicut dic̄ maxim⁹ ī q̄dā ſermōe.
ꝓpter qđ ſubdit. Veneremur er
go in ſanctis martyribꝫ fidē no
ſtram quā ſanctus laurētius et
alij martyres agonizādo ꝓ ipa
defenſauerūt. Legit enim beat⁹
Laurentius illud verbum ſcri-
ptū Eccleſiaſtici. iiij. Pro iuſti
cia agonizare pro anima tua. et
vſqꝫ ad mortem certa ꝓ iuſticia
et deus expugnabit pro te ini-
micos tuos. Et bene dicit pro
iuſticia agonizare. ꝯtra mūda-
nos homines qui nō agonizāt
ꝓ iuſticia: ſed pro iniuſticia vio-
lentia ⁊ rapina pauperū ac va-
na gloria. qui moriendo in ago
ne deuincunt᷑ ⁊ ꝯfundūtur. Xpi
vero martyres agonizātes pro
iuſticia moriendo vincunt ⁊ re
portant triumphum. Bene eti
am dicit agonizare pro anima
tua. ꝯtra carnales homines. q̇
pugnant ſepe pro delectationi-
bus carnis. ⁊ interdum pugnā
do ⁊ moriendo vincūtur. Sed
viri ſancti agonizant nō pro de
licijs carnis acquirendis ſed ꝓ
anime ſue ſalute. Sciunt enim
iuxta ỽbū ſaluatoris Matth.
xvj. ꝙ nichil prodeſt homini ſi
mundum vniuerſum lucretur
anime vero ſue detrimētū pa-
tiat᷑. Bene etiaꝫ dicit. ⁊ vſqꝫ ad
mortē certa ꝓ iuſticia ꝯtra puſil
lāimes. q̇ certare īcipiūt ꝓ iuſti
cia: ſꝫ nō certāt vſqꝫ ad mortē.
ymmo certamē īceptū ꝯfuſibľr
dimittunt. ⁊ corꝑalr hoſtibꝫ ꝯfuſi
biliť ſuccūbūt Laurēti⁹ vero ⁊
alij ſcti martyres certauerūt ꝓ
iuſticia vſqꝫ ad mortem ꝓpter
qđ acceperūt coronā vite apoc.

ij. Eſto fidelis vſqꝫ ad mortem
et dabo tibi coronam vite. In
certamine enim quo certatur
pro iuſticia iſte qui moritur vi-
cit interfectorem ſuuꝫ. Uincit
vtiqꝫ. qꝛ coronam meretur. co-
rona vero victoribꝫ datur. Be-
ne etiam dicit. deꝰ expugnabit
pro te inimicos tuos ꝯtra diffi
dentes de deo. qui non ſperant
habere victoriam: ꝛ ideo nõ au-
dent aggredi pugnam. cum ta
mẽ dicat hic ſcriptura. deꝰ pu-
gnabit pro te ꝯtra inimicos tu-
os. ꝛ expugnabit eos. Et bene
pro te. quia in virtute ꝓpria nõ
poſſes hoſtes tãꝫ ſeuiſſimos ex
pugñre. Hec dñs expugñuit iñimicos
ſctõꝝ martyrũ: ꝛ ipſiꝰ ſctẽ eccle
ſie: quibꝫ expugnatis fides re-
manſit in ſuo robore. ꝛ ipſa ec-
cleſia deo ſuo ĩ pace ſeruiuit. ꝓ-
pter qđ dixi ꝙ iſte glorioſꝰ mar
tyr defenſauit iuſticiaꝫ pro fide
patiẽdo ¶ Quarto dico ꝙ
iſtam iuſticiã ꝯfirmauit pro fi
de moriẽdo. ad Hebreos xj. di
citur ꝙ ſancti (de quorũ nume-
ro fuit beatus laurentius) per fi
dem vicerunt regna. Uicerũt di
co regna mũdi. carnis. ꝛ dyabo
li. ꝛ regna quibꝫ ꝑerant mun-
dani tyranni. Tres em̃ illi pue
ri de quibꝫ habet̃ Dañ. iij. vice-
rũt regnũ chaldeoꝝ. ꝛ illi etiam
ſepeꝫ pueri de q̃bꝫ habetur. ij.
Mach. vij. vicerũt regnũ gre-
corũ. Sed Laurentiꝰ ꝛ alij xpi
martyres vicerũt regna roma-
noꝝ. Sancti ergo ꝑ fidem vice
rũt regna: oꝑati ſunt iuſticiam
ſup. cauẽdo a peccato. ꝛ implẽ-
do precepta dñi. ꝛ ꝓximũ dili-
gendo. ꝛ occidentes corpꝰ non
timendo: adepti ſunt repromiſ
ſiones. id eſt. premia glorie fre-
quenter eis ꝓmiſſa. ſicut appa-
ret Apoca. ij. ꝛ. iij. vbi multa ꝓ-
mia victoribꝫ promittunt̃. Ue-
neremur ergo in ſanctis marty
ribꝫ fidem noſtram quã defen-
ſauerũt patiendo. ꝛ ꝯfirmaue-
rũt moriendo. Noueritis itaqꝫ
quia non ſine magno diſcrimi
ne (ſicut Maximꝰ dicit vbi ſ̃) đ
religionis veritate diſputamꝰ:
quam tantoꝝ ſanguine confir-
matam videmꝰ. Magni peri-
culi res eſt: ſi poſt prophetaruꝫ
oracula: poſt apoſtoloruꝫ teſti-
monia: poſt martyrum vulnera
veterẽ fidem quaſi nouellã diſ-
cutere preſumas. ꝛ poſt tã ma-
nifeſtos duces in errore ꝑma-
neas. ꝛ poſt morientiũ ſudoreꝫ
ocioſa diſputatione contendas
Subdit in eodẽ ſermone. Nun
q̃ꝫ hanc vitã ita conſtanter expẽ
derent: niſi alteram incõpara-
biliter beatiorem eſſe ꝑfecta diſ
finitione ſentirẽt. In iſtis itaqꝫ
preconibus veritatis et paſſio-
nis magnanimitas et reſurre-
ctionis auctoritas eſt prompta
in melius reparandi quibus ꝑ
anguſtias tribulationum ape-

ritur exitus ad hanc plenitudi-
nem gaudiorum. Unde mar-
tyr quilibet potuit dicere ĩ mor
te ſua illđ pſal. aperite mihi por
tas iuſticie: ⁊ ingreſſus in eas
id eſt. per eas ꝯfitebor domino.
hec porta domini: iuſti ĩtrabũt
in eam id eſt per eam. vt ſup. ſe-
per habitent in dei thabernacu-
lo. ⁊ requieſcant in monte ſan-
cto eius. Querit enim ꝓpheta
in pſal. dicens. Domĩe quis ha
bitabit in thabernaculo tuo ⁊c̄.
ſeqꝛ. Qui ingreditꝛ ſine ma. ⁊c̄.
vt dictum eſt. ꝓpter quod iuſti-
cia eius manet in ſeculum ſecu
li. Non ſic ſe habent hodie mul
ti prelati. multi religioſi ad iſtā
iuſticiam. quia nec ipſam defen
ſant. nec ipſaȝ ꝯfirmāt Loquor
ſemper de malis quibꝫ dicitur.
Sapientie vj. Audite reges. i.
rectores eccleſie. ⁊ ĩtelligite ⁊c̄.
Sequitur. quoniam cum eſſe-
tis miniſtri regis illius. non re
cte iudicaſtiſ. nec legem iuſticie
cuſtodiſtis. neqꝫ ſcđm volunta
tem dei ambulaſtis. Horren-
de ⁊ cito apparebit vobis. quia
iudicium duriſſimũ in hijs qui
preſunt fiet. Hij ſunt illi de qui
bus dicitur Jſaie primo. Juſti-
cia habitauit in ea id eſt in eccle
primitiua. et hoc quantum ad
omnes prelatos. nunc autē ho
micide ſupple habitant in eccle
ſijs multiſ. Homicide dico ſub
ditorum. vel malis verbis. vel
malis factis ⁊ exēplis. vel quia
nō impendũt eis beneficia cor-
poralia. nec ſalutaria documen
ta. Sequitur Argentum tuuȝ
(Loquitur ꝓpheta eccleſie) id ē
facundia ⁊ eloquentia ſcriptu-
raruȝ ſanctarum: que ſolebant
eſſe in te verſum ē in ſcoriam id
eſt in garritus ⁊ allegatiōes im
perialium legum. vinum tuuȝ
id eſt deuocio tua et dulcor quē
inueniebas in diuinis: mixtuȝ
eſt aqua. ſupple inſipida inde-
uotionis. Principes tui infide
les: ſocij furum. quia raptores
ſupple ⁊ oppreſſores ſubditoruȝ
Omnes diligunt munera. ſe-
quũtur retributiōes. Hoc ſem
per intelligendum eſt de malis
prelatis ⁊ malis religioſis. Ec
cleſia eniȝ dei ſancta ſemper ha
bet et habebit ſemper multos
ſanctos rectores. quorum iuſti
cia in ſeculum ſeculi permane-
bit ſuo modo ĩ mercede ⁊ p̄mio
ſicut iuſticia glorioſi martyris
laurentij Placeat ergo chriſto
vt meritis iſtius ſancti marty-
ris nos obſeruemus iſtaȝ iuſti
ciam. bene viuendo. declaremꝰ
bñ docēdo. defenſemꝰ. ꝓ fide pa
tiendo. ⁊ ꝯfirmemꝰ. in fide mo
riēdo. vt dicat ip̄e de q̄libet no-
ſtrũ illđ Ezech. xviij. Jn iuſti-
cia ſua quā opatꝰ eſt viuet. ſup:
vita glōſa q̄ nō habebit finem.
Ad quā nos ꝑducat. ⁊c̄.

Introductorium ſermonū de beata virgine vt oppoſita iuxta ſe poſita ꝛc̃.

GRatia mulieris ſedule delectabit virū ſuū ꝛc̃. Eccleſiaſtici. xxvj. ] Scriptura ſacra in diuerſis locis exprimit generaliter multas malas ꝯditiões mulieris quas habet vt plurimū. q̄ꝛ reſpectu viri ĩ ſexu fragilioꝛ. vñ ꝛ tẽptatoꝛ. ṗmo inuaſit eã. Gene. iij. Serpens dixit ad mulierẽ ꝛc̃. In peccãdo prioꝛ. Gene. iij. Uidit mulier ꝙ bonū eſſet lignū ad veſcendū. ꝛ pulcrū oculis ꝛc̃. ꝓpter qđ dicit̃. Eccleſiaſtici xxv. ꝙ a muliere fctm̃ eſt initiū peccati. In reſiſtendo debilioꝛ. ꝓpter ꝙ querit ſapiẽs. prouerbioꝝ vltimo. Mulierẽ fortẽ quis iuenıet. q̄ſi diceret raro inuenit̃. In ꝯtrariãdo ꝓnioꝛ vbi ſupra xxv. Mulier ſi ṗmatum habeat: ꝯtraria eſt viro ſuo Nẽpe ꝯtraria. q̄ꝛ nitit̃ in vetitū In iraſcendo crudelioꝛ. ſupra. xxv. Nõ eſt caput nequs ſuper caput colubri. ꝛ non eſt ira ſup iram mulieris ꝛc̃.

In vigilia aſſumptiõis marie virginis.

Sermo Primus.

EGo quaſi vitis fructificaui ſuauitatẽ. ꝛc̃. Eccl'iaſtici. xxiiij. Ad expoſitionem epiſtole accedamus. q̄ diuidit̃ ꝑ hũc modū. Primo cm̃ mundi dña omni laude digniſſima m'ltipliciter ſe cõmendat. Scđo ad ꝑticipationẽ ſue beatitudinis curialiter nos incitat. infra. [ Trãſite ad me. ] Adhuc in prima ꝑte laudat ſe v̓go ſub vitis methaphora. Scđo laudat ſe ꝑ verba plana ꝛ lucida. ibi [ Ego mr̃. ] Dicit ergo ṗmo nos ad laudeꝫ eiꝰ efficacit̃ excitãs [ Ego q̄ſi vitis fructificaui ſuauitatẽ odoris ] .i. iſtar vitis ꝓtuli ſuauiſſimū odorẽ. Uitiſ ei florẽs ſuauiſſimū fũdit odorẽ: ita vt venenoſa fugiãt nõ ſuſtinẽtia vĩ odoꝛiſ. Sic v̓go ĩ ſua ꝯuerſatõe odorẽ emiſit celeberrĩe opiniõis. q̄ demõẽs effugauit. ꝛ hereſes extirpauit. Hec ẽ iſta vinea de q̄ ipa met Canticoꝝ vltimo. Uinea fui pacifico. Hec ẽ iſta vitis de q̄ collecta fuit vua p̄ſſa ĩ torculari crucis. [ ꝛ flores mei ] .i. virtutes mee. videlicꝫ. liliū caſtitatis. viola hũilitatiſ. ꝛ roſa caritatiſ [ fructꝰ ] ſup. ſunt [ honoris ꝛ hõeſtatis ] vite. honoꝛ videlicet maioꝛ q̄ꝫ homo poſſit attigere ĩ hac vita dū tñ honeſtas ꝓcedat a floribꝫ v̓tutū: ſicut ĩ ſacra virgine ꝓceſſit. Ergo bene dicit̃ de ipa ꝙ circũdabãt eã flores roſarũ ꝛ lilia ꝯualliū. Igit̃ in hac ṗma ꝑticula fit mẽtio de floribꝫ

de odoꝛibꝫ. ⁊ de fructibꝫ. Flo-
res ſunt ſpecioſi ad intuēdum.
odoꝛes ꝟtuoſi ad attrahēdum.
fructꝰ dulces ⁊ ſapidi ad reficiē
dū. Floꝛes ſunt in exēplis. odo
res in documētis. fructꝰ in pa-
trociniȷs. que omnia ſūt magis
vera de beata virgine q̄ꝫ de ali-
q̄ alia pura creatura ℞ Se
quit̄ [Ego mater ⁊c.] Ubi vir
go cōmēdat ſe verbis claris: et
planis ſermōibꝫ: poſtquā com-
mendauit ſe ſub varȷs ſimilitu
dinibꝫ. Et p̄mo tāgit de ſe gra-
tie ⁊ virtutū fecunditatē. Se-
cūdo vniuerſitatē ibi. [In me
oīs gratia.] Tertio ꝑpetuitatē
ibi [In vie omnis ſpes.] Dicit
ergo p̄mo. [Ego mater.] Pri-
ma mater fuit facta nobis ma-
ter malicie. diſcoꝛdie. ignorātie.
⁊ miſerie. Sꝫ btā virgo dicit cō
tra frigiditatē malicie. [Ego
mater pulchꝛe dilectiōis.] Cā
ticoꝝ p̄mo Introduxit me rex
in cellā vinareā. oꝛdinauit i me
caritatē. Contra vero ꝯtūaciā.
que ē diſcoꝛdie. dicit. [Ego ma
ter timoꝛ.] ꝑ quē intelligit̄ qui
libet humiliās ſe non ſolū deo:
ſed etiā cuilibet pꝛoximo. vñ di
cit̄ in pſal. de peccatoꝛibꝫ. viaꝫ
pacis nō cognouerūt. nō eſt ti-
moꝛ dei ante oculos eoꝝ. Con
tra vero tenebꝛas ignorātie di-
cit [Ego mater agnitiōis.] Ip
ſa fuit ⁊ eſt inq̄ꝫ iuxta nomē ſuū
ſtella maris homines dirigens
ad ſalutis poꝛtū. vt bene dicat̄
Luce primo Nomen virginis
maria. qđ vno modo interpꝛeta
tur ſtella maris Cōtra vero ca
lamitatem neceſſitatis ⁊ miſe-
rie dicit ip̄a [Ego mater ſancte
ſpei] ꝑ q̄ꝫ quidē letificamur in
hac valle miſerie ꝓpter plenā li-
beratiōeꝫ quā eiꝰ meritis finito
mūdi termino expectamꝰ. Uñ
bene dicit eccl'a. Spes noſtra
ſalue. Poſſumus aūt dicere ꝙ
hec omnia debent legi effectiue
vt dicat ip̄a mundi dña. [Ego
mater pulchꝛe dilectionis ⁊c.]
.i. ego ſuꝫ. dicit virgo. que facio
homones pꝛecibꝫ diligere diui
nam bonitatem. metuere diui-
nam equitatē. agnoſcere diuinā
veritatem. ⁊ ſperare diuinā feli
citatem. hoc enim pꝛocedit non
a ſpe impioꝛum que ꝑibit: ſed a
ſancta ſpe. que quidem ſpes ſo
lū eſt ſanctoꝛum Sancte īquit
ſpei Multum igitur eſt fecūda
ꝟgo ſacratiſſima. que iſta quat
tuoꝛ in oīibꝫ generat. Sed re-
uera iſta fecūditas ē in ip̄a ⁊ ſē-
per erit ꝓpter p̄mā fecūditatem
quā habuit ad ꝯcipiendū dei fi
liū coꝛpaliter. ⁊ ꝑiendum. Tā
tū em̄ odoꝛē emiſit iſta vitis no
ſtra. q̄ dicit. ego q̄ſi vitis. ꝙ nō ſo
lū traxit ad ſe celeſtē nūciuꝫ: ſed
etiā dei filiū quē ꝯcepit. Et pōt
dici ꝙ hic tāgūt̄ q̄ttuoꝛ ꝟtutes

excellentes que fuerunt in ipſa.
ſcilicet pudor verecundie. quia
turbata eſt in ſermone angeli.
Luce p̄mo. Agnitio prudentie.
quia cogitabat intra ſe qualis
eſſet iſta ſalutatio. Dilectio mū
dicie. quomodo fiet iſtud. dixit
quia virum non cog. ⁊c̄. San-
cta ſpes. id eſt. firma incarnati-
onis dominice. dixit enim. Ec-
ce ancilla domini fiat mihi ſm
verbum tuum. Scd̄m autē pri
mam expoſitionem magna eſt
nobis miſeris conſolatio in vir
gine matre. quia vt dicit Iſido
rus. virgo dicitur mater pul-
chre. ⁊c̄. quia iſtis fecundatur.
⁊ nobis impetrando parit. Ip-
ſa enī̄ petit contēplatiuis amo-
rem. actiuis timorem. doctori-
bus cognitionem. et omnibus
ſanctam ſpem. L Sequi-
tur. [In me om̄is gratia.] Ubi
tangit de ſe virtutum vniuer-
ſitatē. In me inquit om̄is gra
tia. ſcʒ comparā̄de et conſū̄mā̄-
de [vite] actiue. ſ. ⁊ contempla-
tiue. Uel ſm aliam litterā̄ [vi-
te]. ſ. innocē̄tie et caritatis. que
ſunt vie ducentes ad patriam.
Quarum p̄ma nulli vult nocere.
de qua in pſal. Ambulā̄s in via
immaculata. ⁊c̄. altera omnibꝫ
vult prodeſſe: de qua prime ad
Corinthios. xij. excellentiorem
viam vobis demonſtro. [Et ve-
ritatis]. ſ. vite: iuſticie: et do-
ctrine. Propter quod angelus
cum eam ſalutauit: dixit. Aue
gratia plena. Luce. j. Sequit̄
[In me om̄is ſpes] Ubi tā̄git
de ſe virtutū̄ perpetuitatē [In
me inquit om̄is ſpes vite ⁊ vir
tutis] oīs dico [ſpes] tam anti
quorum q̄ʒ modernorū tā̄ pre
ſentium q̄ʒ preteritorum q̄ʒ etiam
futurorū̄ vnde bern̄. Operat⁹ ē
ſalutem in medio terre. i. ī vtero
v̄ginis marie que ꝓprietate mi-
rabili terre medium appellatur
Ad illam enim ſicut ad mediū̄
ſicut ad archanum dei. ſicut ad
rerum cauſam. ſicut ad negociorū̄
ſecularium diuerſoriū̄ reſpici
unt ⁊ qui habitā̄t in celo ⁊ qui
in inferno ⁊ qui nos p̄ceſſerunt
⁊ nos qui ſumus. ⁊ qui ſequun
tur ⁊ nati natorū̄. ⁊ qui naſcū̄-
tur vſqʒ ad finē̄ mū̄di. Illi qui-
dem qui ſunt in celis ad ipſam
reſpiciunt: vt in ea delectentur.
Illi qui ſunt ī inferno. i. in pur
gatorio. vt eripiantur. et qui p̄-
ceſſerunt reſpiciebant ad ip̄am
vt ꝓphe. vt fideles inuenirentur
et nos qui ſumus in mū̄do ad
ip̄am reſpiciamus. et illi qui ſe-
quū̄tur nos per ipſam dirigan-
tur vt tandem glorificē̄tur pro-
pter que et ipſa dixit. Beatam
me dicent omnes generationes
Eſt ergo in ſacra virgine virtu
tū̄ fecunditas. Ego inquit. ma
ter ⁊c̄. virtutum vniuerſitas.
In me. inquit. om̄is gratia. ac
per hec et omnis virtutū̄ per-

petuitas. In me. ſubdit. oīs ſpes. ſ. omniū vſqꝫ ad finem ſe-culi. Eſt ergo mater virtutum. gratia iuſtorum. ſpes reorum. ſed gratia vie ⁊ veritatꝭ. ſpes vite et virtutis. vt ſit. via ī exilijs. veritas in doctrinis. virtus in prelijs. vita in premijs Uel via que ducit. veritas. que ꝯducit. virtus. que perducit. via. cōtra errorem vite. veritas. ꝯtra falſitatem doctrine. virtus. ꝯtra infirmitatem pene. vita ꝯtra mortē culpe M Sequit̄ [Trāſite ad me.] Ubi primo et principaliter virgo omni virtute fecunda. omnis boni plenitudo quantū ad oēs hoīes omniū tēporū ſuperplena inuitat nos curialiter ad ſue plēitudinis ꝑticipationez. Et tangūtur duo. videlicet. ipſa curialis inuitatio ⁊ ipſius inuitationis cauſa mouens vt ratio. ibi ꝓpe. ⁊ a generationibꝫ meis. Ubi tanguntur ſex tranſitꝰ cauſe que debēt mouere omnē hominez ad iſtū virtuoſum trāſitū faciēdū. Primo qꝛ generatio quā ꝓducit ē fertilis. Secundo qꝛ ꝯuerſatio quā oſtēdit eſt dulcꝭ Tertio qꝛ dulcedo quā ꝓmittit ē inamiſſibilis. Quarto qꝛ fama quā meruit eſt indelebilis Quinto qꝛ imitatio quā pretendit eſt deſiderabilis Sexto qꝛ obedientia quā exigit eſt valde vtilis. Partes āt patebūt litterā ꝓſequēdo

Dicit ergo [Trāſite ad me]. i. ad meā generationē ſuſcipiēdā ad meā ꝯuerſationē imitādam ad meā dulcedinem deguſtādā ⁊ ad meaz famā ꝯtinuandā. ad meā imitationē deſiderādā. ad meā obedientiam adimplendā Tranſite ergo mundū ꝯtempnendo. carnem crucifigendo et omne īmundū abijciendo: exēplo moyſi qui dixit. Exo. iij. ſm aliam litteram. tranſibo ⁊ videbo viſionez hāc magnā. Cui et dictū fuit. Solue calciamentū de pedibꝫ tuis. i. omne īmundū de affectibꝫ tuis. ad me dico ſcilicet imitādam. venerādam. et deprecādā. [Oēs qui ꝯcupiſcitis me]. i. meū ꝯſiliū appetitis. ⁊ orōnis ſuffragiū deſideratis. Bern̄. dicit cuilibet homini. ſuper Miſſus eſt. Ut impetres orōnis ſuffragium: nō deſeras ſue ꝯuerſationis imitatiōis exemplū. N Sequit̄ quātuz ad primū motiuū. ſ. trāſeūdi ad virginez. ſicut eſt dictū. vicz. qꝛ ſua generatio eſt fertilis. vnde dicit [a generationibꝫ meis] id eſt. a filio meo quē genui: de cuius plenitudine oēs accipiūt Joh. j. [Implemini.] Et dicit [generationibꝫ] in plurali. rōe multitudinis effectuū grē. quas de filio accepimus meritis ſue matris. vel a generationibꝫ meis. i. ab illis quattuor bonis ꝙ ꝑ me dixi ſuperiꝰ eſſe matrē. vicz.

Dilectiõe diuine bonitatiſ. ꝯtra
inuidiã. Timore diuĩe eqtatis.
ꝯtra ſupbiam. Cognitõe diuĩe
veritatis. cõtra ignorantiã. Et
ſpe ſuperne felicitatiſ. ꝯtra om̃ez
difficultatẽ. Uel dicit: generati
omib⁹ meis. quia tres fuerũt ge
nerationes marie. ſcꝫ generatio
qua fuit generata in carne. ⁊ ge
neratio qua fuit repleta ĩ mẽte.
⁊ tertia qua fuit fecũdata in vẽ-
tre. Prima fuit naturalis. ſcḋa
ſpũalis. tertia celeſtiſ. Prima fu
it ꝟginis ſm carnẽ. ſcḋa in virgi
ne pter carnẽ. tertia ex ꝟgĩe ſm
carnẽ. Prima habuit plenitu-
dinẽ gaudioꝝ. vnde cantaꝛ. Na
tiuitas tua dei genitrix ꝟgo ⁊c̃.
Et de hac Heſter. viij. Judeis
noua lux oriri viſa eſt. gaudiuꝫ
⁊c̃. Scḋa habuit plenitudineꝫ
pͥuilegioꝝ. de q̃ exponiꝛ illud ꝯ
Ego mater pulcre dilectõis. ⁊c̃
Et illud Luc. j. Aue gr̃a ple. ⁊c̃
Tertia habuit plenitudinẽ mi-
racl'oꝝ. Quis em̃ non mireꝛ ꝙ
mulier de ſpũſancto ꝯcipiat. vir
go pariat hominẽ ⁊ deũ generet
Ergo implemini gaudijs. gra-
tijs: ⁊ miraculis. Sequitur
ſecundũ motiuũ. vicꝫ. qꝛ ſua cõ
uerſatio fuit ſumme dulcis. vñ
dicit [Spũs me⁹]. i. mea ſpũa
lis ꝯuerſatio [ſup mel dulcis]
. i. omnẽ terrenã delectatõez exce
dit. Uñ bern̄. Quid ad mariaꝫ
trepidat humana fragilitas ac
cedere: nihil em̃ in ea auſteꝝ eſt
nihilqꝫ terribile. ouis vero ẽ in-
ferens lac et lanam Quantũ
aũt ad tertium motiuũ. vicꝫ. ꝙ
dulcedo quã promittit eſt ina-
miſſibilis. ſubdit [⁊ hereditas
mea]. i. gl'ia eterna. q̃ hereditas
ei⁹ dicitur. quia eſt mater regis:
⁊ in qua eſt dulcedo ineffabilis
cui⁹ participatiõez omnib⁹ eam
imitantib⁹ veraciter promittit.
Subdit [ſup mel ⁊ fauũ] Dicit
aũt mel ꝓpter dulcedinẽ quã hꝫ
in xp̄i diuinitate. ſed addit ſup
fauũ ꝓpter delectatiõem quã hꝫ
in xp̄i humanitate. Eſt enim fa
uus mellis in cera occult⁹. ſic ⁊
in xp̄i humanitate ẽ diuĩtas oc
cultata. quaſi diceret ꝟgo. tran
ſite ad me. quia ſum valde ferti
lis. quia ſum dulcis ⁊ affabilis
⁊ quia ꝑ me hereditatẽ celi ha-
bebitiſ. Quantũ aũt ad quar
tum motiuũ. qḋ eſt quia fama
quã virgo meruit: ⁊ in mundo
reliquit: eſt indelebilis. ſubdit.
[Memoria mea] ſupple ꝓpter
quã ſum in memoria hominũ.
[in generatõib⁹ ſcl'oꝝ]. i. qꝫ diu
durabit pñs ſeculũ. in quo ge-
neratio pterit: ⁊ generatio adue
nit: de me memorabuntur ho-
mines. et memorando me col-
laudabunt. iuxta illud qḋ ego
dixi in meo cantico Luce pͥmo.
Beatam me dicent omnes ge-
nerationes. ¶ Quantum
autem ad quintum motiuum.
quod eſt; quia illa imitatio eſt

valde deſiderabilis: ſubiungit.
[Qui edunt me ⁊c̃.] Ubi nota
ꝙ cibus difficile glutitur. potꝰ
vero faciliter. In cibo ergo vi-
ta actiua. quia maioꝛis eſt la-
boꝛis ⁊ ſollicitudinis. In potu
cõtemplatiua notatur. Dicit er
go. [Qui edunt me] id eſt. qui
me imitantur in operibus acti
ue. [adhuc eſurient] id eſt. am
plius imitari deſiderabunt. [et
qui bibunt me.] id eſt. imitan-
tur in operibus contemplatiue.
[adhuc ſitient] ſup. amplius de-
ſiderando. Quantum autem
ad ſextum motiuũ. quod eſt ꝙ
obedientia quã exigit eſt valde
vtilis. ſubnectit. [Qui audit
me ⁊c̃.] Et tangit ibi tria gene-
ra perſonarum. vicꝫ. audientes
ſua ſalutaria monita. imitãtes
virtuoſa exempla. ⁊ p̃dicantes
ſua ſanctiſſima p̃conia. Et iſtis
om̃ibꝫ pꝛomittit virgo ſi ei obe-
diant mercedem magnã. Pꝛo-
mittit em̃ audientibꝫ liberatio
nem a pena. imitantibꝫ iuſtifi-
cationem a culpa. pꝛedicantibꝫ
eternitatem in gloꝛia. Quantũ
ad pꝛimos dicit. [Qui audit
me] credendo ſupple meo con-
ſilio quod dedi ſeruitoꝛibꝫ nu-
ptiarum di. Joh. ij. Quodcũqꝫ
dixerit vobis. ſup. filius meus.
facite [nõ ꝯfundet̃] ſup. ꝯfuſio-
ne eterna. ymmo illã penitꝰ eua
det. Quantũ ad ſecundũ dicit.
[Qui op̃ãt̃ i me] .i. ad meũ exẽ
plũ. ⁊ ad meũ honoꝛẽ [nõ pecca
bũt] ymmo om̃e peccatũ vita-
bunt. ⁊ ſi ex humana fragilitate
ꝯtingit eos peccare: finaliter a
peccatis iuſtificabunt̃. Quan-
tum aũt ad tertium dicit [Qui
elucidant me] .i. pꝛeconia mea
clare et lucide verbo. opere ⁊ vi
ta pꝛedicabunt. [vitam eternã
habebunt] Pꝛomittit ergo vir
go ſacratiſſima reis veniam. iu-
ſtis gratiam. doctoꝛibꝫ gloꝛiam:
ſi ei fideliter obediant ⁊ cũ de-
uotione famulent̃. Sic ergo ex-
ponant̃ iſta d̃ beata virgine ſub
typo create ⁊ increate ſapientie.
Qualiter autem exponant̃ iſta
de ſapientia creata de ſcriptura
canonica per infuſionem et per
ſtudia acquiſita: vide in poſtil-
lis ⁊ in gloſ. Jam enim ſuffici-
ant quo ad pꝛeſens.

Item in vigilia aſſumptio-
nis beate Marie virginis.

Sermo ſecundus.

TRanſite ad me omnes qui
concupiſcitis me:
et a generatiõibus
meis adimplemini. Eccleſiaſti
ci. xxiiij. P Uirgo benig-
niſſima mater dei ſanctiſſima.
que in hac die ſolenniſſima: cu-
ius hodie celebrat̃ vigilia tran
ſiuit a pꝛeſenti miſeria ad ce-
leſtes delicias: miſeroꝛum ho
minum. qui ſunt exules patrie.

mundi ciues. ⁊ vallis lacrima-
rum incole. memorans ⁊ miſe-
rans inuitat curialiter ip̄a que
eſt omni virtute fecundiſſima:
⁊ om̄i bono pleniſſima ad par-
ticipationem ſue plenitudinis:
dicens eis verbū propoſitum.
Tranſite ad me ⁊c̄. Quaſi di.
tranſite: q2 ego iam tranſiui p-
fectiſſime ſm corp⁹ ⁊ aīa3 Jam
em̄ feci maximū phaſe. i. tranſi
tū dn̄i Exo. xij. ad me. q̄ quidē
ſum iam in loco lucis. in loco
pacis ⁊ quietis. in domo regis
⁊ a ſuis dextris. Jn loco quide3
ſumme ſecuritatis. ſumme io-
cunditatis. ⁊ ſumme felicitat3.
Tranſite ergo ad me. quia q̄3
maxime nunc eſt in me omnis
gratia vie ⁊ veritatis. ⁊ omnis
ſpes vite ⁊ virtutis. Unde poſ
ſum nunc q̄3 maxime dirigere.
inſtruere. defendere. ⁊ ad vita3
perducere omnes qui ſperāt in
me. quia in me om̄is gratia vie
⁊c̄. Sic eedem vie ſunt dedu-
centis. veritatis inſtruent3. vir
tutis protegentis. ⁊ vie perfi-
ficientis. omnes qui concupi-
ſcitis me. id eſt. qui deſiderant
per me dirigi. inſtrui. protegi. ⁊
perfici. Alij eni3 nō poſſunt iſtū
tranſitum facere. quia non ſunt
digni. ⁊ a generationibus meis
implemini. id eſt. ab his que ge
nui corpaliter et exemplariter.
ab his etiā q̄ genui meritorie ⁊
ſupplicatorie pcib⁊ meis. Et
videte ꝙ in iſto verbo ſapiēs in
ꝑſona loquēs btē virginis quat
tuor ꝓponit de ip̄a. vic3. Quid
ipſa conſulit. Quid ipſa obijcit
Quid ipſa exigit. Quid ip̄a p-
mittit. Conſulit em̄ motū vir-
tuoſum. d. Tranſite. obijcit ter
minū glorioſum. ad me. exigit
ſubiectū ſeu mobile gratioſum
di. om̄s qui ꝯcupiſcitis me. p-
mittit fructū copioſum. d. et a
generatiōib⁊ meis adimplemī.
Primo dico ꝙ virgo benigniſſima
nob̄ cōſulit motū ꝟtuoſum di.
Trāſite. q2 ſup. ſic iā tranſiui p
fectiſſime ſm aīa3 ⁊ ſm corp⁹.
Jam em̄ q̄3tū ad vtrūq3 hyems
tranſijt. ymber abijt ⁊ receſſit. id
eſt. tribulationes ⁊ calamitates
miſerie preſentis. Sic enim di
xit filius meus domin⁹ iheſus
cū me aſſumpſit Jā enī hyems
tranſijt. ymb̄ ab. ⁊ receſ. ſurge a.
mea ⁊ veni. Canti. ij. ergo quia
ego tranſiui ⁊ vos trāſite. id eſt
in vita veſtra tales trāſit⁹ faci-
te. mundū. ſ. ꝯtemnēdo. mentē
humiliando. om̄eq3 īmundum
abijciēdo. ⁊ om̄e aduerſum pa
tienter tollerādo vt tandē ad lo
cū ad quē ego iā tranſiui: ⁊ vos
trāſeatis. vt valeat3 dicere dn̄o
illud pſalmi. Tranſiuimus per
ignem ⁊ aquam. i. deſeruim⁹ et
a nobis abiecimus mūdi cupi-
ditates. carnis lubricitates. et
ſuſtinuimus mundi miſerias.
et eduxiſti nos in refrigerium.

Q Secūdo nobis obijcit ꝛ pn̄tat terminū glorioſum. Terminū dico tranſitus huiꝰ. ſ. ſemetipſam. cū dicit. ad me. Ipa enī pn̄tat ſe nobis terminū huius motꝰ. ergo dicit. tranſite ad me. q. d. trāſite a ꝓuitate concupiſcentie. ad me. q̄ ꝓcurabo vobis grām refrigerantē. a cecitate ignorantie. ad me. que impetrabo vobis grām illuminantē a tepiditate negligentie et deſidie. ad me. que ꝓcurabo vobis grām ſtimulantē ſup. ad celeſte bonum: ꝛ a calamitate preſent̄ miſerie. ad me. que impetrabo grām cōſummantē. quia in me omnis grā. ſupra eodem. Venite ergo ad me oēs qui laboratis ꝛc̄. Math. xj. Et in pſ̄. Accedite ad me: ꝛ illuminami. ꝛc̄. Et reuera deberē trāſire ad me ꝓpter iſta ſex q̄ fuerūt ſupra ī expoſitione eplē aliqualiter declarata. vicꝫ. qꝛ mea generatio eſt fertilis. mea ꝯuerſatio fuit dulcis ꝛ affabil̄. mea dulcedo eſt iamiſſibilis. mea mēoria eſt indelebilis. mea imitatio eſt deſiderabilis. Et obedientia quaꝫ ego erigo eſt valde vtilis. Vide hec oīa ſupra in expoſitiōe eplē ab iſta ꝑte. ꝛ a generatōibꝫ meis. vſqꝫ ad fineꝫ eplē. Tertio tangit̄ in h̄ ꝟbo qd̄ ꝟgo mr̄ exigit. qꝛ ſubiectū gr̄oſuꝫ. cū dicit. oēs q̄ ꝯcupiſcitis me. Nullꝰ enī poteſt eſſe ſubiectū ꝯueniēs niſi ille q̄ btē ꝟginis cōcupiſcit audire ſalubria monita. Unde ipa dicit Sap. vj. Cōcupiſcite ſermōes meos. ꝛ diligite illos. implēdo virtuoſa exempla. Ipſa eēm vt dicit̄ ibidem: ꝑoccupat eos q̄ ſe taliter ꝯcupiſcūt. vicꝫ. implendo eiꝰ virtuoſa exempla vt ſe illis ꝑorem oſtendat in bonis operibꝫ: vt imitent̄ ipſaꝫ ꝑdicare ſua glorioſa preconia. qd̄ eſt magna ſapiā. de qua dr̄ ibid̄ qꝛ ꝯcupiſcentia ſapientie perducit ad regnū perpetuū. Quarto ꝓmittit fructū copioſum. cū dicit. ꝛ a gene. me. imple. id eſt. ab hijs q̄ ego genui. et q̄ q̄tidie genero impleminī. alia enīꝫ impleri nō poteſtis. qꝛ de me dicit̄ Sap. vij. quoniā mater bonorū omniū. ꝛ ego de meipſa dixi ſupra eod̄ Ego mr̄ pulchre di. ꝛc̄. Ego eī genui talē filiū corpalē q̄ celū ꝛ terrā implet. et ſine q̄ implēre oīs anima eſt vacua omni bono. ꝛ inquietuꝫ eſt cor donec quieſcat in ipſo. Ipſa eēm bona quoꝝ ego mr̄ ſum. i. dilectio diuine bonitat̄. timor diuīe equitatis. agnitio diuīe veritatis. et ſpes diuine felicitat̄. talia ꝛ tanta bona ſūt q̄ replent omnē animā in hac vita. ꝛ perducunt ad plenitudinē bonoꝝ domus dei De qua dicitur in pſalmo. Replebimur in bonis domus tue. Dicit ergo. Tranſite ad me. ꝛc̄.

R Circa pmū et ſecūdum

ſimul ſciendū ꝙ q₂ virgo pᷓſſi-
ma iam tranſiuit glorioſe. ideo
vt trāſeamꝰ iuitat nos gratioſe.
Vñ circa duo nobis eſt inſiſten
dū. Primo circa virginis tran
ſitū. Secūdo circa noſtrū tran-
ſitum. Circa tranſitū virginis
quattuor ſunt attendenda. vicȝ
Quid ipſam virginē ad hunc
tranſitū diſpoſuit. Quid ipſaȝ
in ſuo trāſitu ſuſtulit. Quid ip
ſam in hoc tranſitu aſſociauit.
Et quid ipſaȝ poſt hūc tranſitū
ī throno glorie collocauit. Pri-
mū fecit nitor puritatꝭ. Scōm
feruor caritatis. Tertiū dulcor
pietatis. Quartū honor mater
nitatꝭ. Dico pᵐo ꝙ virginē
ad iſtū glorioſuȝ tranſitū diſpo
ſuit: puritas ſingularis. Vide-
mus eñ naturaliter ꝙ res q̄n-
to purior eſt: tanto locū altiorē
appetit. Exemplū de angelis re
ſpectu celorū. de celis reſpectu
elementoꝝ. ⁊ de elemētis reſpe
ctu mixtoꝝ. hec eñ oīa ſicut
ſm naturā ſuā puriora ſunt. ſic
⁊ altiꝰ collocanᷓ. Sed beata vir
go fuit purior omni pura crea
tura. ea nitēs puritate qua ſub
deo nequit intelligi maior. dicit
Anſelmꝰ de conceptu virginali.
Ipſa enim nullum peccatū vn
q̄ȝ cōmiſit quod ſoliꝰ inter pu-
ros homines adultos ſingula-
re priuilegium eſt. ſm Auguſti.
nullam etiā habuit pronitatem
ad malū. nec difficultatē ad bo-
num. fomes eñ peccati p grām
ſue ſctificatōis fuit ab ea totalr
auulſus. imo qđ plꝰ eſt potētia
peccādi fuit ab ea totaliter ſub-
lata. Non potuit ergo tanta pu
ritas manere diutiꝰ in loco fedo
ſed quaſi neceſſe fuit vt trāſiret
ad locum immenſe puritatis.
Ipſe eñ potuit dicere illud ver
bum pſal. Cadent in retiaculo
eiꝰ peccatores: ſingulariter ſū
ego donec tranſeam. Retiacu-
lo dyaboli in quo peccatores ca
dunt: ⁊ quo irretiunᷓ eſt pecca-
tū ipſum. in hoc ceciderunt pu
ri homines. excepta beata virgi
ne. que dicit. ſingulariter ſū ego
ſuꝑple ſine peccato. Et bene ſin
gulariter: quia nullꝰ purus ho-
mo in hoc mihi vnq̄ȝ fuit ſimi-
lis. Cum enim de peccatis agi-
tur: nullam de maria volo fieri
mentionem. ait Auguꝰ. donec
tranſeam. id eſt. ſemper ante ⁊
poſt ſemp fui ⁊ ero ſine peccato
Ipſa etiam poteſt dicere illud
Oſee. x. Ego tranſiui ſup pul-
chritudinem colli effraym. Ef-
fraym creſcens interpretatur. ⁊
ſignat angelos. qui ſemp in pre
mījs accidentalibus creſcunt.
Certe ipſa propter ſingularem
puritatem tranſiuit pulchritu-
dinem angeloꝝ. igitur ſingula
ris puritas ipſam diſpoſuit ad
tranſitū iſtū. Ex iſta puritate
ſingulari poteſt ſumi prima ra-
tio. que fundaᷓ in verbis Augu

ſtini. ad probandū φ ipa virgo
eſt in aīa ꝛ corpe totaliter glorio
ſa. Et formatur ſic. Ubi nō eſt
cauſa: effectus ſequi nō poteſt.
nūc āt fomes peccati ꝛ ꝯcupia
ſūt cauſa demeritoria corruptō
nis. putrefactiōis. reſolutiōis.
ꝛ incinerationis ipſi⁹ poſt mor
tem. cum igitur per ſanctifica-
tionis gratiam hec omnia fue-
runt de corpore virginis totali
ter euulſa: ymmo quod plus eſt
peccandi poſſibilitas ab ea fuit
ablata: non debuit eius corpus
poſt mortem tumulari: ſꝫ cum
anima ſimul glorificari. Unde
Auguſtinus in ſermone de aſ-
ſumptione dicit ita. Thronum
dei. thalamum domini. thaber
naculum chriſti. corpus ſcꝫ vir
gineum: dignum eſt ibi eſſe vbi
ipſe eſt. Tam precioſum theſ-
aurum dignius eſt celo ſeruari
q̄ꝫ terra. Tantam enim integri
tatem merito ſequit̄ incorrupti
bilitas. nec vlla putredinis reſo
lutio debet ſequi. ❡ Secū
do dico φ ipſam virginem in
ſuo tranſitu ſuſtulit. id eſt. ſur-
ſum tulit feruor charitatis. Ui
demus enim naturaliter φ ig-
nis et iſta que ſunt nature ignee
appetunt altiorem locum. Ex-
emplum de ipſo igne qui eſt ſu
perior omnib⁹ elementis ꝛ om-
nibus corpib⁹ mixtis. Nūc aūt
caritas ignis eſt qdam ſpiri-
tualis: incendens ꝛ purificās

animā ipſam quo ad motū ſur
ſum. ꝛ ad ſurſum q̄ſi neceſſarie
impellēs. ꝛ ad locū ſupiorē ve-
hens. Cum igitur virgo mater
dn̄i plena fuerit caritate: magiſ
q̄ꝫ feruens fuerit in amore dei.
ſm ſuam capacitatē: q̄ꝫ aliqua
pura creatura: non potuit diu-
tius ſtare in loco infimo et fri-
gido: ſed debuit exaltari ſuper
omnem puram creaturam. De
ipa enim poteſt exponi illud qḋ
ſcribitur Geneſ. xv. Ecce appa
ruit clybanus fumans. et lam-
pas ignis tranſiens. Iſte clyba
nus fumi ardoris fuit ipſa vir
go beata que propter ſummam
eius caritatem non ſolum potu
it dici ignita: ſed quaſi ignis.
non quicūqꝫ locus ignitus: ſed
clyban⁹ ignis. vnde ꝛ ei dicitur
in quadā ſequentia. Tu clyba
nus ardoris. Quid ergo dicit
ſcriptura. Ecce apparuit clyba
nus fumans. id eſt. virgo bea-
ta. continens maximū charita-
tis ardorē. ꝛ clybanus fumans
emittens maximum ſuauita-
tis odorem. ꝛ lampas ignis p̄-
bens mundo maximum ſancti
tatis ſplendorem. lampas qui-
dem tranſiens omnē ſanctorꝫ
decorem. Si eīn angeli q̄ dicū-
tur ſeraphin. i. accenſi caritate.
ſunt ſuper omnes angelos: reue
ra ꝛ ipa virgo que plus de igne
caritatis habuit: debuit omnes
ſpūs etiā ſeraphicos ꝑtranſire.

Ex iſto feruore caritatis poteſt formari ſecūda ratio. probans hoc idem ſic. ſuppono ꝙ gratia ꝛ caritas realiter ſūt vnū ꝛ idem. tunc arguo ſic. anima maxime ſepata a corpore habuit ꝯſummatā gratiaꝫ. probo qꝛ ſm Jero. in quodam ſermone Maria nō potuit non poſſidere plene grāꝫ. ergo habuit poſt mortem ꝯſummatā gloriaꝫ. qa ꝯſūmatam gloriam ꝓmeretur. Sed ſm Augu. xij. ſup Gen̄. anima ſine corpe nō poteſt plene ſanctificari. Ergo beata virgo eſt tota ſm corpus ꝛ animā glorioſa. Propter qđ dicit Auguſtinꝰ idem in ſermone predicto. De corpe Marie credendū nō eſt ꝙ in morte ſolutū fuerit: ꝛ poſt mortē putredo factū fuerit. poſt putredinem vermis. ꝛ poſt vermē abiectiſſimꝰ puluis Hanc em̄ eſtimatōem ꝓcul pellit incōparabilis gratie munꝰ quaꝫ habuit mater dei. Tanta em̄ fuit gratia in anima ꝟginis que pleniſſime redundabat in corpus: ꝙ ab ipſa poſt mortem remouit omnē retardationem diuine viſionis. ꝛ a corpore retardatōem ꝑfecte glorificatōis

¶ Tertio dico ꝙ ipſaꝫ aſſociauit in iſto tranſitu dulcor pietatis. Non em̄ virgo tranſiuit ex hoc mundo ad prēm ſuū ꝛ ad filiū ſola: ſed decentiſſime aſſociata angeloꝝ agminibus, ymo ꝛ ipſe iheſus totus feſtiuꝰ occurrit obuiā: ipſāq; inter ſua brachia introduxit ad gloriam Fuit etiam aſſociata cunctis ꝟtutibꝫ: precipue miſericordia ꝛ veritate ꝛ pietate quas q̄ſi domicellas ſecū duxit pro nobis peccatoribꝫ quos in iſto exilio relinquebat. De q̄ exponi poteſt illud Abacuc iij. Gurges aquarū tranſijt Aque iſte ſignāt miſericordiā ꝛ pietatem virginis. que inſtar aquaruꝫ refrigerat nobis ardorem diuine iuſticie. ſine quibꝫ nullꝰ homo quātūcunq; ſanctus poſſet eā ſuſtinere Exempli gratia dicit̄. Ecce gurges aquaruꝫ id eſt beata virgo magis habundās in miſericordia ꝛ pietate q̄ȝ gurges maris habundat: tranſijt ſupꝑ. ad thalamū regis glorie: vbi ꝓ nobis intercedit Ex iſta ſua ſūma benignitate quā ſecū duxit ꝓ ſocia poteſt formari tertia ratio ad hoc ideꝫ ſic Dicit Grego. in quadam ſecreta. ꝙ idcirco btā virgo trāſlata eſt ad diuinū ꝯſiſtoriū. vt ibi ſit noſtra aduocata. ꝛ ꝓ peccatis hominū intercedat Aduocatꝰ aūt vt efficacius vitaꝫ noſtram patrocinari valeat. debet ſecuꝫ habere librū ꝛ codicem in quo oſtēdat iudici leges quas ꝓ ſe inducere intēdit. Codex autem virginis eſt corpꝰ eius ꝓpriū quo ſe oſtēdit filio: veram eius eſſe matrem.

qua iudex efficaciſſime inducit' ad miſerēdū.q̄ debet habere ſecum corp⁹. Unde ⁊ nos ſibi cātando dicim⁹ Monſtra te eſſe matrē ⁊c̄. Non poſſet āt ſic ꝯuenienter matrē ſe oñdere niſi ⁊ corpus ſecum haberet ꝑ quod genuit ipſum. ¶ Quarto ⁊ vltimo dico ꝙ ipſam virginem poſt iſtū trāſitum collocauit in throno glorie honoꝛ maternitatis.non enim ſederet a dextris ſui filij.q2 eſt virgo.nec q2 ipſa virgo ſancta.ſed ſoluʒ quia vti q2 eſt mater eius.vnde iſta maternitas ſibi thronum meruit iuxta lat⁹ filij.q2 fuit mater ei⁹ ⁊ archa.De qua exponere poſſumus illud Joſue.iij.Cum trāſiſſent omes: tranſiuit et archa domini Tranſiuerūt vtiqꝫ omnes ſancti ⁊ angeli qui cum chriſto de celis exiuerāt ad obuiandum matri ſue.tranſierunt vtiqꝫ omnes. et venerunt ad manſiones ꝓprias:ſed ⁊ tranſiuit archa dn̄i.i.mater dei ſuper omnes. Ipſa enim poteſt dicere illud Canticoꝛū.iij. Cum per tranſiſſem eos.i.omnes ſāctos ⁊ angelos :īueni quē diligit anima mea.i.filium meuʒ.ad cui⁹ dextrā ſedeo.⁊ ineternū ſedebo.

Ex iſta maternitate p̄t ſumi quarta ratio ꝓbans ideʒ quod ſupꝛa ſic Chꝛiſtus honoꝛauit tantū beatam virginem vt eam collocaret ad ſuam dextrā, que eſt mater eius.ergo honoꝛauit eaʒ ī hoc ſm ꝙ fuit mater eius. ſed magis fuit mater ſm corpus q̄ʒ ſm animā.quia de corpoꝛe virginis fuit ſumpta tota chꝛiſti ſubſtantia coꝛpoꝛalis.ꝓpter quod honoꝛauit eam. non tm̄ ſm animam : ſed etiam ſm coꝛpus.quod non eſſet.vt videtur.niſi coꝛpus illud eſſet cum aīa glorioſū. Et hoc eſt qđ dicit Auguſtinus in ſermone pꝛedicto.Letare maria leticia īenarrabili coꝛpoꝛe ⁊ anima in ꝓpꝛio filio.cum pꝛopꝛio filio.per pꝛopꝛium filium.nec vlla debuit ſequi coꝛruptionis erūpna quā nulla ſecuta eſt tantum filium pariendo integritatis coꝛruptio.vt ſit ſemper integra quam tanta pꝛofudit gratia.ſit ītegre viuens ſuple anima ⁊ coꝛpoꝛe. que omniū integraʒ ꝑfectamqꝫ genuit vitam.ſit cum illo queʒ in ſuo geſſit vtero .ſit apud illū illa que genuit.fouit.⁊ aluit ipſuʒ. Poteſt ergo ſm iſta exponi de ea illđ qđ dixit iacob Gene. xxxij. In baculo meo trāſiui ioꝛdanem.⁊ nunc cum duab⁹ turmis regredioꝛ. Ad litterā virgo ſancta ī baculo ſuo .i. in virtute filij ſui tranſiuit ipa pꝛimo ſm animā Joꝛdanem:ſue ſup. miſere vite pꝛeſentis . quando ſcilicet iſta die moꝛtua fuit. ſed poſtea.iij.die.vel ſm alios quadrageſima,regreſſa fuit in celū

cum duab⁹ turmis.i.cum aĩa ⁊ corpore.vel cum multitudine angelorum ⁊ hominuꝫ Et hoc tantũ fuit factum ĩ virtute ſui baculi.i.filij ſui qui fuit bacul⁹ ſuſtentans ip̃am. Tranſiuit ergo virgo beata integraliter iuxta illud qđ ipſa dixerat in pſal. Tranſibo in locum thabernaculi admirabilis vſq₃ ad domũ dei x Circa tranſitũ auteꝫ noſtrum ad quem nos inuitat curialiter virgo beata ſcienduꝫ ꝙ ſi volumus tranſire in locuꝫ glorie ad quẽ ip̃a iam tranſiuit oportet nos facere quinq₃ magnos paſſus in vita iſta. ꝙ ſi fecerimus poſt quintũ paſſũ:faciemus ⁊ ſextum in vitam eternã Oportet enim vt tranſeamus Carnis laſciuiã : mortificatiõe viciorum Mentis ſuperbiam: humiliatiõe animorum. Mũdi auariciam:abdicatione terrenorum Mentis incoſtantiam tolleratione aduerſorum Deinde negligentiam ꝯſummatione meritorum.qua pertranſita pertranſibimus omnem miſeriaꝫ: adeptione premiorum. Primo dico oportet nos trãſire carnis immundiciam:mortificatione viciorum. Dicit̃ enim yſaie xxxv.ꝙ iſta via per quam vaditur ad patriam:via ſancta vocabitur.et non tranſibit per eam pollut⁹. Oportet igitur q̇ vult iſtam viam ingredi ꝙ tranſeat carnis immũdiciam per quam homines polluuntur. Ad queꝫ tranſitum faciẽdum :neceſſe eſt vt homo ſit bellator cõtra cõcupiam.⁊ ꝙ ſe mũiat armis abſtinentie ⁊ pudicicie carnis:aliter tranſire non poſſet. propter qđ dicitur Numeri.xxxij. Omnis vir bellator armatus iordanem tranſeat. Jordanem ſupple carnalitat̃ omnis. Interpretatur enim iordãis riuus iudicij Et certe contra peccatũ carnis factum fuit in pricipio mũdi vniuerſale iudicium contra omnẽ carneꝫ Secũdo oportet nos tranſire ſuperbiam:humiliatione animorum. de quo trãſitu dicit ꝓpheta in pſalmo in perſona cuiuſlibet hominis viatoris In vmbra alarum tuarum ſperabo:donec tranſeat iniquitas. Ale xp̃i ſunt potẽtia ⁊ iuſticia. Et certe iſte ale fuerunt ĩ hac vita multum obumbrate ⁊ obſcurate ꝓfundiſſima humiliatione chriſti.cum enim humiliauit ſe quaſi infirmus apparuit.⁊ non omnipotens. tantum etiam humiliauit ſe ꝙ quibuſdam apparuit ꝙ non eſſet iuſt⁹: ſed peccator. Reuera in hac vmbra alarum chriſti id eſt ĩ ſũma ei⁹ humilitate debet omnis homo ſperare ipſam imitando: donec tranſeat iniquitas id eſt ſuperbia.que principium ẽ omnis iniq̇tatis : vt imitetur hu-

militatem chriſti q̄ dicit Ma-
thei.xj. Diſcite a me q2 mitiſ ſū
⁊ humilis corde Oportet eti
am tertio nos trāſire mūdi aua
riciam: abdicatione terrenorū
Ille eñi q̄ pauper eſt ſpiritu: et
ſequitur chriſtum pauperem ī
iſto mundo: eſt ſicut hoſpes. ſi
cut aduena. ſicut ⁊ peregrinus
Inſtar enim hoſpitis trāſit. nō
concupiſcit iſta que videt. ſi-
cut nec hoſpes: ſed ſolum ſumit
vite ſue neceſſaria. ⁊ de illis que
habet partē ſuā dat pauperibꝰ.
⁊ ſic tranſit ſicut hoſpes. ꝓpter
quod dicitur cuilibet chriſtia-
no Eccleſiaſtici.xxix. Trāſi ho
ſpes. non cures de mundo iſto.
ſicut nec hoſpes curat de domo
in qua hoſpitatur. orna men-
ſā. i. ſume de iſto mūdo vite tue
neceſſaria. et que habes in ma-
nu tua ciba ceteros. id eſt. de bo
nis tuis pauperibus partē lar-
gire. ¶ Quarto oportet nos
tranſire mentis inconſtantiam
tolleratione aduerſorum. Dixit
enim iſta ſancta Judith. viij.
et quod plus ē: nō reputabat ſe
viuere niſi quia chriſtus in eo
viuebat. Unde ad Galathas ſe
cundo capitulo dicit idē paul⁹

xp̄o ꝯfix⁹ ſū cruci. Uiuo aūt iā
nō ego: viuit vero in me chriſt⁹
In vmbra em̄ xp̄i. i. grā xp̄i q̄ ē
q̄dā vmbra ei⁹. ꝯ oēm malū ar
dorē nos refrigerās viuim⁹ in
hoc mōo. ſup. ſpūalr. vn̄ Tren̄
vlti. dr. Spūs oꝛ nr̄i xp̄s dn̄s
capt⁹ eſt in pctīs nrīs. cui dixi
mus in vmbra tua viuem⁹ i gē
tib⁹. Et bn̄ in vmbra xp̄i viuī⁹
īter gētes. qm̄ in luce xp̄i viue-
mus cū angel. dic̄ Bern̄. ¶
Scd̄o tāgit̄ in h̄ v̄bo mod⁹
ſūme ꝯgruētie in q̄ vite ſctītas
realr ꝯſiſtit. cū dic̄ noua creatu
ra. Mod⁹ em̄ in q̄ realr ꝯſiſtit
vite ſctītas ē depoſitio vetuſta
tis vite: ꝛ aſſūptio nouitatis. q̄
nō fiūt niſi p̱ xp̄i grām ꝛ euāge
lij obſeruātiā. vt ſic fiat in xp̄o
noua creatura. i. nou⁹ hō. Crea
ture em̄ noīe ſepe in ſcripturis
deſignat̄ hō. Un̄ ſup̱ illo verbo
ad Rom̄. j. Inuiſibilia dei per
ea q̄ facta ſūt a creatura mūdi
Glo. i. ab hoīe intellecta cōſpi-
ciunt̄. Et ſup̱ illo v̄bo Marc̄.
xvj. Predicate euāgeliū oī cre-
ature. glo. i. homi. Tūc em̄ ſm
Grego. oī creature p̄dicat̄ euā-
geliū cū ſoli hoī p̄dicat̄. Et con
uenienter noīe creature ſignat̄
hō. Habet em̄ hō aliq̄d cū om
ni creatura cōe p̱ncipiū. q̄ꝛ i ali
qua ꝯdicione p̱ticipat cū omni
creatura. ſm Grego. habet eni
eſſe cū lapidib⁹. viuere cū arbo-
ribus. ſentire cum animalibus

intelligere cum angelis. hʒ hō
etiam ſup̱ creaturā ſublime do-
miniū. ꝛ ab omni creatura per-
cipit ſpēale ſeruitiū. ꝛ p̱ ipſum
participiū reducit̄ oīs creatu-
ra ad ſuū p̄ncipiū. bene ḡ expo
nit̄ noua creatura. i. nouus hō.
De iſta aūt depoſitōe vetuſtat̄
et aſſumptiōe nouitatis loquit̄
ap̄lus ad Coloſ. iij. dicēs. De
ponite vos oīa. ſup. pctā. irā. in
dignatōnē. maliciā. blaſphemi
am. turpē ſmonē de oꝛe vr̄o. no
lite mētiri inuicem. expoliātes
vos veterē hoīem. i. veterē mo-
dū viuēdi. q̄ ē ſub pctō. ꝛ induē
tes nouū hoīem ꝛc̄. Seq̄t̄. vbi
nō ē maſcul⁹ ꝛ feīa. gētilis ꝛ iu
deus. circūciſio ꝛ p̄putiū. bar-
bar⁹ ꝛ ſcita: ſʒ oīa ꝛ in oīb⁹ chri
ſtus. q̄ſi dice. iſta oīa nullā dif
ferentiā faciūt q̄ʒtū ad nouita-
tē vite. q̄ ē p̱ grām ieſu xp̄i. ꝛ idē
ap̄ls dic̄. ij. ad Coꝛ. v. q̄ ſi q̄ in
xp̄o noua creatura ē. i. nou⁹ hō
vetera trāſierūt. ¶ Tertio
tangitur hic fructus ſumme cō
moditatis ꝛ valentie ad quem
vite ſanctitas finaliter attin-
git. cuʒ concludit. valet. fruct⁹
enim ad queʒ vite ſanctitas at
tingit finaliter: eſt valoꝛ ſpiri-
tualis. ꝛ perfectio virtutum. q̄
conſiſtit in cultu et ſeruitio dei
que virtus vocatur pietas. de
qua dicit apoſtolus Paulus
pꝛime ad Thimoteum quarto
cap̄lo. q̄ pietas ad omnia valʒ

pꝛomiſſionē habēs vite q̄ nunc
eſt ⁊ future. Et ſignāter dīc ad
omnia valet. valet enī ad decli
nationē mūdanoꝝ. ⁊ ꝯtempla-
tionē ſuꝑnoꝛū. ⁊ ad cōſumma-
tionē meritoꝛū. Iſta enī pietas
eſt illud ſal quo debet ꝯdiri a-
nima: vt placeat diuino guſtui.
qđ q̇dem ſal ſi euanuerit: ad n
hilū valet vltra niſi vt mittatur
foꝛas. ſup. de oꝛe dei. ⁊ cōculce
tur ab homīb᷒. ſicut ſaluatoꝛ ī
nuit. Math. v. Dicit ḡ apl'us.
In chꝛiſto ieſu ⁊c̄. Sciēdū
aūt ꝙ ſi poſt apl'os fuit aliquiſ
ſanct᷒ dign᷒ vocari noua crea
tura. i. nou᷒ hō. ac ꝓ hoc dign᷒
ſalute ieſu chꝛiſti. ſi ꝑ qꝛ. quia
fuerūt valde multi. audeo dice
re ꝙ de numero illoꝛū fuit bea
tus Frāciſcus. q̇ potuit dici no
uus hō ſpēal'r ꝓpter q̄ttuoꝛ q̄ in
iſta epl'a q̄ in ꝑſona ipſius legi
tur: euidēter tāgunt̄ vicȝ. Pꝛo-
pter nouitatē vie quā calcauit.
Foꝛme quā dictauit. Bulle q̄m
poꝛtauit. Cure quā monſtrauit

Dico ṗmo ꝙ beatus Franci
ſcus nō ſoluȝ dicit̄ nou᷒ homo
nouitate generali: ſicut oēs bo-
ni chꝛiſtiani: ſed etiaȝ nouitate
ſpēali: ⁊ hoc ꝓpter nouitatē vie
quā calcauit. Uia eīn quaȝ tri-
uit ⁊ quā calcauit ⁊ ꝑ quā īceſ-
ſit btūs Frāciſcus fuit illa via
quā chꝛiſtus nouiter oſtēdit et
exemplo docuit in cruce. đ qua
dicit apl's ad Hebꝛe. x. ꝙ chꝛi-
ſtus iniciauit nobis viam no-
uam in ſanguine ſuo. i. in cruce
ſuo ſanguine rubꝛicata. Et be-
ne iniciauit. qꝛ nullus ante ipȝ
per eaȝ trāſiuerat. ¶ Iſta
autē via noua quā chꝛiſt᷒ ī cru
ce oſtendit habet q̄ttuoꝛ dictas
Pꝛima eſt pauꝑtas altiſſima.
Secūda eſt caritas latiſſima.
Tertia ē aſperitas duriſſima.
Quarta eſt humilitas pꝛofun-
diſſima. Xp̄s enī pepēdit in cru
ce: veſtibus nudat᷒. ⁊ in hoc o-
ſtendit exēplū altiſſime pauper
tatis. Mēbꝛis diſtentis ad om
nē poſitōem loci. ⁊ in hoc dedit
exēplū latiſſime caritatꝭ. Cla-
uis affixus. ⁊ in hoc dedit exē-
plū aſperrime ꝯuitatis. Capi-
te etiā curuat᷒. qꝛ inclinato ca-
pite emiſit ſpm̄ Ioh. xix. ⁊ in h̄
dedit exemplū ꝓfundiſſime hu
militatis. Beatus ergo Fran-
ciſcus inceſſit ꝑ hanc viā ſpeci-
aliter. ⁊ ꝑfecit iſtas q̄ttuoꝛ die
tas. ꝓpter qđ dicit ṗmā clauſu-
lā pꝛeſentis epl'e Mihi ab. glo.
⁊c̄. In cruce quidē ſpoliātē per
pauꝑtatē. dilatātē ꝑ caritatē. et
extendēte ſurſum. qꝛ ad diligē-
dum deū. ⁊ deoꝛſuȝ a dextrꝭ ad
diligendū amicū. ⁊ a ſiniſtris
ad diligendū inimicū. In cru-
ce aūt ꝑ vite aſperitatē ⁊ per ve
ram humilitatē. Pꝛopter pꝛi-
mū. ſ. pauꝑtateȝ poterat dicere
Franciſc᷒ illud ad Galathas vl
timo. Per xp̄m crucifixū mihi

mundꝰ crucifixus eſt ⁊c. Pro-
pter ſcd̄m. i. ꝓpter caritate dice-
bat illud. j. ad Corinth. ij. Non
iudicaui me aliquid ſcire inter
vos niſi xp̄m iħm. ⁊ hunc cru-
cifixū. Totꝰ em̄ erat ignitus
caritate. ac ꝑ hoc ⁊ dilatatꝰ ad
diligendū oē diligibile. ſic argē-
tum dilatat̄ in fornace. ⁊ hoc i-
mitās xp̄m ieſum crucifixum:
mēbris ad oēm ꝑtem diſtentū.
⁊ nihil aliđ iudicauit ſe debere
ſcire. q2 i hac ſcia vite ꝑfectio cō-
ſiſtit. Eſt em̄ caritas vinculū
ꝑfectōis. Propter tertiū autē.
id ē ꝓpter vite aſꝑitatē erat ipſe
de illis de quib9 dr ad Gal. vi.
Qui ſūt xp̄i carnē ſuā crucifixe-
rūt cum vicijs ⁊ ꝯcupiſcentijs.
Sciebat em̄ illud verbū chri-
ſti Mat. x. Qui nō accipit cru-
cē ſuā. ⁊ ſequit̄ me: nō eſt me di-
gnus. crucē dico pnīe. Pro q̄r-
to habebat exēplū ſaluatoꝝ. de
quo dr ad Phil. ij. ꝙ humilia-
uit ſemetipm̄: factꝰ obediēs vſ-
qȝ ad mortē. mortē aūt crucis.
verbū etiā eiuſdē dicētis Mat-
thei. xvj. Qui vult venire poſt
me ⁊c. Fuit ergo iſte ſanctus pat̄
Franciſcꝰ nouus hō: ꝓpter noui-
tatē vie quā calcauit. De iſtꝭ āt
q̄tuor ꝟtutib9. q̄ ſūt q̄tuor die-
te iſtiꝰ vie noue qua xp̄s in cru-
ce oſtēdit quō fuerūt in frāciſco
ꝑfectiſſime: multū diffuſe inue-
nies in legēda ſua. ſicut dictū
fuit ſupra. R Scd̄o fuit

nouꝰ hō ſpēaliter ꝓpter nouita-
tē forme quā dictauit. Dictauit
em̄ btūs frāciſcꝰ xp̄o eū docen-
te interiꝰ nouā regulā. quā ſuis
fratribꝰ tradidit obſeruandā.
Et reuera nouā ꝓpter noua (re-
ſpectu aliaꝝ formaꝝ viuendi)
q̄ in ea vel p̄cipiunt̄ vel ꝓhiben-
tur vel ſuadent̄. ſicut eſt illđ. fra-
tres nihil ſibi appropriēt. nec
domū. nec locū. nec aliquā rem
⁊ ꝙ nullo mō recipiāt pecuniā.
per ſe vel ꝑ interpoſitā ꝑſonam
ſic eſt illud qđ eis tradidit ſub
p̄cepto. ꝙ n̄ haberēt ꝯſortia vł
ſuſpecta colloq̄a mulieꝝ. Sic
etiā eſt illud qđ eis p̄cepit ꝙ o-
bediāt ſuis miſtris in oībuſ q̄
nō ſunt ꝯ̄ria ſaluti aīe nec re-
gule ſue. Itē multa ſunt ibi no-
ua alia que vel p̄cipiunt̄ eis vł
ſuadent̄. ſicut ꝙ nō habeāt niſi
duas tunicas. ꝙ nō debeāt eq̄-
tare nec portare calciamēta ni-
ſi in neceſſitate. ⁊ multa alia q̄
vident̄ multū noua. ⁊ a tp̄e a-
poſtolorū vſqȝ ad frāciſcū fue-
rūt cōiter inſueta. Iſta ē forma
noua viuēdi de q̄ btūs franci-
ſcus dicit ſcd̄am clauſulā p̄ſen-
tis epl̄e. cū dicit Et q̄cunqȝ hāc
regulā ſe. ſue. ⁊c. Iſta aūt regu-
la ꝓpter ſuam nouitatē dicit̄ lex
noua. ꝓpter ꝓfeſſorū nouā reli-
gionē. lux noua. ꝓpter ꝓfeſſorū
nouā directōem. ⁊ epl̄e noue. ꝓ-
pter ꝓfeſſorū nouā inſtructio-
nē. ꝓfeſſores em̄ iſtiꝰ regl̄e poſ-

ſunt dici ille populus nouis
vtens legib9. de quo habet̃ He
ſter. iiij. caplo. poſſunt etiã dici
iudei nõ littera: ſʒ ſpũ. de quib9
etiã habet̃ Heſter. viij. ca. Ju-
deis noua lux oriri viſa eſt. iſta
etiã regula poteſt dici ille noue
littere noueqʒ eple q̃ lrãs amã
id eſt ſuggeſtiões diaboli nõ ſo
lũ corrigunt: imo ꝛ totalr delẽt
Eſt ergo noua regula reſpectu
alioꝝ modorũ viuẽdi: ſʒ nõ eſt
noua ſimplr. qꝛ q̃ꝛtum ad mul
ta extracta eſt de regula Jheſu
xp̃i. Sicut dicit Nicola9 terti9
in illa decretali. Exijt q̃ ſemiat
ſeminare ſe. Et ſi ſunt aliqui
emuli qui calumnient̃ nouita-
tẽ iſtius regle. nõ eſt mirũ. quia
etiã iudei calũniabant̃ vel poti
us mirabant̃ doctrinã xp̃i pro
pter nouitatẽ. vñ dicebãt ſicut
habet̃ Marc̃. j. Quenã eſt do-
ctrina iſta noua. ꝛ atheniẽſes
dicebãt paulo. ſic h̃r Act̃. xvij.
Que eſt hec noua q̃ a te d̃r do-
ctrina. ℌ Eſt aũt ſciẽduʒ
ꝙ iſta ſctã regla põt dici (p̃ter
illa q̃ p̃cipit vel ꝯſulit ꝛ ſuadʒ)
aurea. argẽtea. erea. plũbea. fer
rea. ꝛ lignea. De hac em̃ ſextu-
plici materia interdũ manu ar
tificũ regle fiũt. Aurea q̃dẽ po
teſt dici ꝓpter ſupnã dilectionẽ.
Ubicũqʒ. inq̃t in quodã caplo.
ſint ꝛ ſe inuenerĩt frẽs: oſtẽdãt
ſe domeſticos inuicẽ ĩter ſe ꝛ ſe
cure manifeſtet vn9 alteri neceſ

ſitatẽ ſuã. qꝛ ſi mater diligit fili
um ſuũ carnalẽ: q̃nto diligenti
us dʒ q̃s diligere ꝛ nutrire fra-
trẽ ſuũ ſpũalẽ. ꝛ ſi q̃s coꝝ in in-
firmitatẽ ceciderit: alij frẽs de-
bent ei ſeruire ſic vellẽt ſibi ſer-
uiri. Jn alio etiã monet fratres
diligere ſuos: nõ ſoluʒ amicos:
ſʒ etiã eos q̃ eos pſequũt̃ rep̃hẽ
dũt ꝛ arguũt. Dicit̃ ergo aurea
ꝓpter caritatẽ q̃ om̃es v̾tutes ex
cellit. ſicut aurũ cuncta metal-
la. Dicit̃ etiã argẽtea ꝓpter ſin-
cerã affectionẽ quã pſuadet pre
cipiẽdo fratrib9 ſuis ꝙ nõ habe
ant ſuſpecta colloq̃a vel ꝯſortia
mulierũ. ꝛ ꝙ nõ ĩgrediant̃ mo
naſteria monacharũ. ꝛ ꝙ nõ fi-
ant cõpatres virorũ ꝛ mulierũ
per q̃ oĩa ſi fierẽt: ĩterdũ affecti-
onũ ſinceritas poſſet maculari
Dicit̃ ergo argẽtea: ꝓpter puri-
tatẽ quã ſuadet. Eſt em̃ argẽtuʒ
valde purũ. Dicit̃ aũt erea pro
pter ſonoꝛ p̃dicationẽ. ſuadetã
em̃ frĩb9 in q̃dã. c. ꝙ in p̃dicati
one quã faciũt ſint examĩata et
caſta eorũ eloq̃a. ãnũciãdo eis
vicia ꝛ v̾tutes. penã ꝛ gl'iã. D̃r
aũt plũbea ꝓpter maturã ꝯuer-
ſationẽ. dic̃ ei ĩ q̃dã. c. ꝙ q̃ñ fra
tres vadũt p mũdũ ñ litigẽt. ne
qʒ ꝯtẽdãt v̾b. n̾ alios iudicẽt: ſʒ
ſit mites. pacifici. mãſueti. mo
deſti. ꝛ hũiles. hõeſte obſeq̃ntes
oĩb9: ſic decʒ. Ergo ſic d̃r erea: p
p̃t ſonorã p̃dicatõʒ. ẽ eni es int̃
metalla valdẽ ſonorũ. ſic d̃r plũ

bea pter maturitatē. Plūbuȝ
em̄. quod eſt inter metalla pon
deroſius. interdū grauitatem
moꝛuȝ deſignat. ¶ Dicit
aūt ferrea pter ſeuerā coꝛpoꝛū
caſtigatōem. ptȝ em̄ ex regl'a et
pter tenuitatē veſtiū quā pſua
det ⁊ pter etiā nuditatē pedū
⁊ equitationē equoꝛū ⁊ curruum.
que oīa phibet fratribus vl' ſal
tim diſſuadet. qꝛ ipſe ſanct⁹ pa
ter monebat frēs ſuos moꝛtifi-
care: īmo crucifigere carnē cuȝ
vicijs ⁊ ꝯcupiſcētijs. ſicut. ſm
apl'm. decet diſcipulos xpi. Di
cit ergo ferrea pter vite auſte-
ritatē. ſicut em̄ ferrum domat
omnia: ſic ⁊ iſta regula domat
vicia vniuerſa. Dicit vltimo li
gnea pter ſummā terrenoꝛuȝ
abdicationē. lignū em̄ natat ſu
per oēs aquas naturaliter. ⁊ iſta
regula docet cōtemnere omnia
trāſitoꝛia. ⁊ ſeruare paupertatem
in altiſſimo gradu. de qua dicit
fratribꝰ ſuis in q̄dam capitulo
Hec ſit poꝛtio veſtra q̄ pducit
in terrā viuentiū. cui dilectiſſi-
mi totaliter adherētes nihil a-
liud ſub celo habere velitis. In
iſta ſancta regula gloꝛiant' bo-
ni fratres filij frā. nō quidē glo-
riatiōe vana: extollendo ſe ſup
alios. abſit. ſed gloꝛiatiōe ſan-
cta. que eſt in chꝛiſto ieſu. totū
ei attribuendo. vñ poſſunt di-
cere illud verbū apl'i. ij. ad Co-
rinth. x. Nos nō gloꝛiamur in ī
mēſum. i. vltra menſurā. qꝛ no
ſtra regula nō excedit vires hu
manas. ſicut dixerūt aliq̇ inimi
ci crucis xpi. dicentes eā eſſe in
obſeruabilē ⁊ diſcrimi noſaȝ. ſȝ
gloꝛiamur ſm mēſurā regule q̄
mēſus eſt nobis deus. i. dñs ie
ſus chꝛiſt⁹. qꝛ p magna pte hec
regula ſumpta eſt de regl'a Je-
ſu chꝛiſti quā ſuis apl'is dedit
ſicut ex euāgelijs patet. Et bea
tus frāciſcus potuit dicere fra
tribus ſuis illud qđ infra codē
ſequit'. nos habētes ſpē creſcen
tis fidei vr̄e. i. p fidē veſtrā cre
ſcentē de virtute in virtuteȝ. vt
dicit gloſa. magnificari in vob.
id eſt magni reputari per vos
ſm regulam vr̄am; p vos qui
dem pfecte obſeruatā in abun-
dantia. i. ſm gloſam in diuerſ.
qđ quidē verū eſt. quia ſanctuſ
iſte p veros obſeruatoꝛes ſue re
gule magnificat' nō ſolum īter
xpianos: ſed etiā inter īfideles.
Caueant ḡ ſibi pfeſſoꝛes iſtius
regule vt ipſam nō violent. nec
tranſgrediant'. dicit' em̄ eis Le
uitici. xix. Nolite facere iniquū
aliquid in regula. In iſta enim
regula iniquū faciunt q̇ trāſgre
diunt' ipſam. ⁊ etiā ſuo malo ex
emplo deſtruunt qđ per p ſcōs
fratres ei⁹ deus edificat. et edifica
re nō ceſſat. Igitur iuxta ꝯſiliū
apl'i ad Phil'. iij. nos om̄es fra
tres qui ſumus pfeſſoꝛes iſti⁹
regule idem ſapiam⁹ ſup. cum.

btõ franciſco inſtitutoꝛe noſtri
oꝛdinis ⁊ in eadẽ regl'a ꝑmane
amus. q꞉ quicũqꝫ hãc regulam
ſecuti fuerint. pax ſuꝑ illos ⁊c̄.
ſicut dicit hĩc clauſula. fa V
Tertio fuit nouus hõ ꝓpter
nouitatẽ bulle quã poꝛtauit. fu
it eni nouꝰ xp̄i vexillariꝰ ⁊ p̄mi
pilꝰ. nouꝰ qꝫ legatꝰ cruc̄. ac bul
lam eiuſdẽ ſũmi põtificis xp̄i ĩ
ſuo ſacro coꝛꝑe nouiter depoꝛ-
tauit. vnde dicit quidaꝫ in ſua
ſeq̄ntia de ipſo. verũ de xp̄i la-
tere nouꝰ legatꝰ mittit᷑. In cu-
ius ſacro coꝛꝑe crucis vexilluꝫ
cernitur. Fuit eni inſignitꝰ ex-
teriꝰ plagis ⁊ ſtigmatibꝰ iheſu
ſimilis: non ſolũ ꝯfoꝛmitate in-
terioꝛi. verũ etiã ⁊ exterioꝛi. pla
gas ⁊ vulnera ĩ manibꝰ ac ſuo
latere ferens. fuit ergo veſtitus
nouo pallio. vñ ꝯgrue fuit figu
ratꝰ ꝑ illũ abyam ſylonitẽ. de ꝙ
dicit᷑ iij. Re. xi. ꝙ erat cooꝑtus
pallio nouo. Et bene ꝑ iſtũ aby
am ſylonitẽ figurat᷑ beatꝰ frãci-
ſcꝰ. Interp̄tat᷑ eni abyas pater
meꝰ. ⁊ ſylonites interp̄tat᷑ tranſ
latio. ⁊ beatꝰ frã. pater ẽ cuiuſ-
libet fratris minoꝛis Ipſe etiaꝫ
tranſlatus fuit de mũdo ad ꝑ-
fectõnis ſtatũ. ⁊ de hinc ad cele-
ſte regnũ. ⁊ ipſe fuit oꝑtus no-
uo pallio id eſt coꝛꝑe. ſuo mõ.
ſimili coꝛpoꝛi noui hominis ie
ſu chꝛiſti. Xp̄s enim eſt iſte de ꝙ
dicit᷑ Iſaye lxiij. ꝙ venit ꝺ edom
tinctis veſtibꝰ. et ꝙ eius veſti-
mentũ erat rubꝛuꝫ. de ipſo eti
am dicitur Apoc. xix. ꝙ veſtitꝰ
erat veſte aſperſa ſanguine. hoc
totũ dictũ fuit ꝓpter cycatrices
plagaꝛũ: que etiã nunc apparẽt
in coꝛpoꝛe ſuo. Certe cuꝫ veſte
rubꝛa ⁊ tali pallio nouo fuit oꝑ
tus beatꝰ franciſcꝰ ꝓpter qꝺ di
cit iſta tertia clauſula epiſtole p̄
ſentis. De cetero nemo mihi
moleſtꝰ ſit ⁊c̄. Poꝛtauit beatꝰ
franciſcꝰ ſtigmata xp̄i non ſolũ
in affectu ꝑ compaſſionẽ. nõ ſo
lum in in tellectu ꝑ ꝯſideratio-
nem. nõ ſolum in oꝛe ꝑ doctri-
nã ⁊ p̄dicationẽ. nõ ſolum ĩ coꝛ
poꝛe ꝑ moꝛtificationẽ ſicut fcı̄
aliȷ̄. verũ etiã ꝑ realem ⁊ corꝑa-
lem crucifixionem. pꝛopter ꝙ
ei tamquam xp̄i ſignifero et ſue
bulle poꝛtitoꝛi vel etiã ſue regu
le nullus fidelis deberet eẽ mo
leſtus. Cuius quidem regule
inſtitutoꝛem ad eiuſdem confir
mationeꝫ ſũmus pontifex xp̄s
ſue paſſionis ſtigmatibus no-
biliter inſigniuit. ſicut dicit ni
colaus tertius. extra. de verbo-
rum ſignificationi. in capittu-
exiȷ̄t Sed pꝛochdoloꝛ nõ ob-
ſtante iſta inſignitione nobili.
non obſtante ꝙ beatus franci-
ſcus fuit opertꝰ pallio nouo ho-
minis chꝛiſti. non obſtante ꝙ
fuit eius ſignifer. ⁊ ꝙ bullã eiꝰ
in ſuo coꝛpoꝛe poꝛtauit. multi
fuerunt moleſti ei: eiuſqꝫ regu-
le. ⁊ ſuis fratribus quod quidẽ

non eſt parum. nec corã deo of
ſenſa modica. imo magna. q̃a
in hoc ꝙ iſtis moleſti ſunt: etiã
deo moleſti ſunt. vnde p̄t eis di
ci illud Eſaye. vij. Nunq̇d pa⁊
eſt vobis moleſtos eſſe homini
bus. q⁊ moleſti eſtis ⁊ deo meo
quaſi diceret. nõ eſt paruũ pec-
catũ: imo valde graue. Sꝫ bo-
nus frater minor ꝓpter hoc nõ
deſiſtat a bonis oꝑib⁹ nec relax
et rigorem ſue penitẽtie. ſed di-
cat cum ꝓpheta in p̄s. Ego autẽ
cũ mihi moleſti eſſent. ĩduebar
cilicio. i. non ꝓpter hoc meã pe
nitentiam remittebã. q⁊ xp̄s ꝓ-
miſit patri noſtro franciſco. ꝙ
quãtiſcũqꝫ impulſib⁹ ſua ꝯcu-
teret religio. ſꝑ ſalua ſuo mune
re permaneret ℞ Quarto
dico ꝙ fuit nou⁹ hõ ꝓpter noui
tatem cure quã monſtrauit ſu-
per regula fratrũ ⁊ filiorũ ſuo-
rum. Non legit de aliquo fũda
tore alic⁹ ordĩs ꝙ maiorẽ curã
maiorẽqꝫ affectũ habuerit vt fra
tres ſuos et filios vocaret quã
habuit beatus franciſcus ym-
mo et pauci ſunt ei in hoc ſimi
les. ſi tamen aliquis fuerit ſimi
lis eidem. ĩ regula enim ſua in
terdum vocabat eos fratres ſu
os dilectiſſimos. Precipit eti
am prelatis ſui ordinis vt pro
neceſſitatibus infirmorum et
alijs fratribus induendis ſolli
citam curam gerant ſecunduꝫ
loca et tempora et in frigidis re
gionibus. Item ꝙ caritatiue ⁊
humiliter corrigerent ipſos. et
benigne eoſdem reciperent. et
tantam familiaritatem habe-
rent circa ipſos vt facere poſſẽt
eis ⁊ dr̄e ſicut domini ſeruis ſu
is. Appareꝫ ⁊ ex alijs capl̄is quõ
ipſe habuit curam ſollicitaꝫ de
fratribus et quantũ ad neceſſi
tates corꝑales ⁊ maxime quã-
tum ad vtilitatem ſpiritualem
Et certe non ſolum cum viue-
bat in corꝑe habuit iſtam curã
de fratribus ſuis. ſed q̃ꝫ maxi-
ime nunc cũ in celis regnat. vñ
non dubium ꝙ inter procellas
huius ſeculi ⁊ moleſtias homi-
num nauicula ſui ordinis ⁊ ſi ĩ
terdum fortiter concutitur ſu-
is ſacris orationib⁹ firma ꝑma
net. ⁊ fratres ſui mundanos hõ-
bines ſuſtinent patiẽter. Prop
ter iſtã ĝ ſollicitam curam quã
habuit cum viuebat in mortali
corpore ⁊ quam habet nũc glo-
ſus ſecundum animã dicebat
et dicit nunc quartam clauſulã
epiſtole preſentis ſcilicet. Gra-
tia domini noſtri iheſu chriſti
cum ſpiritu veſtro ſit ſupple o
fratres amen. Optabat enim
eis et optat ad huc gratiam. nõ
quidem ſeculi. nec mundanoꝝ
hominum. que fallax eſt et de-
ceptoria: ſed gratiam domini
noſtri iheſu chriſti. que ſuffici-
ens ẽ ad delẽdum omnes tranſ
greſſiones. ad implendum di-

uinas preceptiones .ad vincen
dum omnes tẽptationes. ⁊ ad
ſuſtinendum omnes tribulatio
nes. ergo dicebat ⁊ dicit fratri
b⁹ optando ⁊ deſiderando. Gra
tia domini noſtri Iheſu chri-
ſti. ⁊c. vt per ipſam ſtetis firmi-
ter in dilectione eius. vnde di-
cebat et dicit adhuc fratribus
illud verbum qđ dixit apoſtol⁹
ſicut habetur ad Phil. quarto
Itaq; fratres mei dilectiſſimi
⁊ deſiderãtiſſimi: gaudiu; me
u; ⁊ corona mea: ſic ſtate ſuppl
per gratiam in domino kariſſi
mi .i. in amore domini. vt tan-
dem finito preſentis vite ſtadio
ſtetis ſemꝑ coram vero ſalomo
ne ſcilicet iheſu chriſto cum ſã-
ctis de quibus dicitur ei per fi-
guram tertio Re. x. Beati viri
tui ⁊ beati ſerui tui hĳ qui ſtant
coram te ſemper. ⁊ audiunt ſa-
pientiam tuam. Quod quide;
ſtare ⁊ audire nobis ꝓſtare dig
netur. ⁊c.

De omnibus ſanctis
Sermo primus

**Ecce ego io**
hãnes vidi ĩ circuitu thro
ni Apo. v. ꝟ Ad euidentiã ali
q̃lẽ feſtiuitatis oĩm ſãctoꝝ. quã
celebrat eccl'ia in kal. ſeptẽbris
⁊ iſti⁹ epiſtole. q̃ legit̃ in iſtius
feſti vigilia. vltima .ſ. die octo-
bris. ⁊ q̃ ſumit̃ de Apoc. v. cap.
ſunt aliq̃ prenotãda. Primu;
eſt ꝙ iſta omniũ ſanctoꝝ feſti-
uitas traxit originem a quodã
fctõ bonifacĳ pape quarti. q̃ q̃r
tus a beato gregorio epiſcopa
tu; tenuit vrbis rome. Tradũt
enim eccl'iaſtice hyſtorie. ꝙ tẽ-
pore illius bõifacĳ erat adhuc
rome tẽplũ q̃ddã noĩatũ pãthe
on. a pan qđ eſt totum. ⁊ theos
qđ ẽ de⁹. q̃ſi tẽplũ oĩm deoꝝ. In
ipi⁹ eñ medio. vt đr. erat ydo-
lũ romanoꝝ ⁊ in circuitu illi⁹
ydoli erãt ydola oĩm ꝓuincia-
rũ quib⁹ ꝑerant romani. Ut eĩ
ꝓuincie mũdi eſſent eis magis
fauorabiles ipſiſq; libenti⁹ obe
dirẽt: colebãt ⁊ honorabant de
os illarũ ꝓuinciarũ. fiebat aũt
ſic arte demonũ qui colebant ĩ
idolis. ꝙ tam cito q̃; aliq̃ ꝓuin
cia rebellabat romanis: ſtatim
idolũ illius ꝓuincie idolo Ro-
manoꝝ tergũ ꝟtebat. q̃d vidẽ
tes romani: ſtatim ꝯtra illã ꝓ-
uinciã exercitũ copioſũ dcſtia
bant ⁊ ipſam ad ſuã obedientĩ
am reducebant. Btũs aũt pa-
pa bonifaci⁹ ꝑdict⁹ impetrauit
ſuis orõib⁹ a foca ceſare ĩpa-
tore ꝯſtãtinopoli imꝑante a ro
manis ꝑdictũ tẽplũ donari ec-
cleſie xpi. Qđ q̃dẽ tẽplũ elimia
ta oĩ ſpurcicia dẽonũ fec eccl'iã
⁊ ipã; đdicauit. iiĳ. yd⁹ maĳ in
honore btẽ marie ⁊ oĩm marty
rũ xpianorũ ⁊ eccleſia fuit noĩ-

nata ſancte marie ad martyres
⁊ nūc appellaꝛ̄ vulgariter ſācta
maria rotūda. Nōdū eniꝫ ſan-
ctoꝝ cōfeſſorū ſollēnia agebāꝛ̄
Ordinauit ḡ p̄dictꝰ bonifaciꝰ
vt ſicut in kl'. maij fiebat rome
feſtū in honore oīm apoſtoloꝝ
ita. iiij. ydꝰ eiuſdeꝫ menſis. qui
totꝰ eſt gaudioſus. fieret feſtuꝫ
ſancte dei genitricis marie ⁊ oī
um martyꝝ ⁊ iſta eccl'ia ipſa die
fuerat dedicata. ſuit aūt iſta de-
dicatio. vt diciꝛ̄. anno dn̄i ſexcē
teſimo quīto. Poſtmodū vero
creſcēte religione xp̄iana Gre-
goriꝰ papa q̄rtꝰ inſtituit. vt di-
cūt aliqui. ꝙ iſtud feſtū celebra
reꝛ̄ in kl'. nouēbris qn̄ eſt maior
copia victualiū. meſſibꝰ ⁊ vin-
demijs recollectis. Ordinauit
etiā de ꝯſenſu ludouici imꝑato
ris et omniū epiſcoporū. ꝙ ip̄a
die fieret feſtum non ſolū rome.
verū etiā in ꝑtibus germanie ⁊
galliarū. ymmo ꝑ totū orbē. p̄ꝰ
enim fiebat ſolū rome. Ordina
uit etiā ꝙ illa die fieret feſtū non
ſolum ad honorem beate marie
ꝟginis ⁊ oīm martyrum ſed eti
am ad honorē btiſſime trinita
tis. oīm angeloꝝ. oīm p̄riarch
arū ⁊ ꝓphetaꝝ. oīm apl'oꝝ ⁊ di
ſcipuloꝝ xp̄i. oīm martyruꝫ et
ꝯfeſſoꝝ atqꝫ ꝟginū ⁊ vniuerſa-
liter oīm electoꝝ. quoꝝ aīe ſꝛ̄
in celo. Idē etiā papa Greg. or
dinauit officiū illius diei. ⁊ vo
luit ꝙ feſtū eſſet in dedicatōne
templi. ⁊ ceꝛ̄a. ⁊ hoc in memo-
riā dedicatiōis ꝑ papā Boni-
faciū. Fuit autē facta iſta ordi-
natio huiꝰ Grego. vt diciꝛ̄ āno
dn̄i octingēteſimo. xxvj. hyſto-
ria eni quā romana legit eccle-
ſia plane innuit ꝙ Bonifacius
quartꝰ hoc feſtū inſtituit fieri ī
kal'. nouēbris ad honorē ſancte
Marie ⁊ martyrū. Sꝫ nō ēvis
vtrūqꝫ em̄ potuit eſſe ⁊ ꝙ ipſe
dedicauit eccl'iam illā. iiij. ydꝰ
maij. ⁊ ꝙ feſtū inſtituit fieri in
kal'. nouēbris ſolū rome. ⁊ ſicut
dictū ē ſolū de ſctā maria ⁊ mar
tyribꝫ xp̄i. Poſtmodū aūt p̄di
ctus Gregorius inſtituit feſtū
iſtud fieri eadē die vbiqꝫ terra-
rū ⁊ vniuerſal'r de oībus ſanctꝭ
Celebraꝛ̄ ergo iſta feſtiuitas p̄
mo ꝓpter illiꝰ tēpli dedicationē
ſcd̄o etiā ꝓpter omiſſioꝝ ſupple-
tionē. Nō em̄ poſſumus oīm
ſanctoꝝ feſta agere ꝓpter ip̄o-
rū multitudinē. vt em̄ ait Jero
nymꝰ in ſuo kal'. nullus dies ē
in anno: excepto die Kalendarū
Januarij. in quo nō poſſit eē fe-
ſtum quinqꝫ miliū martyrum.
Jn hoc ergo feſto iſta que ī ho-
nore ſanctorū obmittimꝰ ⁊ fa-
cere nō poſſumus: generaliter
ſuppleamꝰ. ¶ Quare autē
eccl'ia faciat feſta de ſanctꝭ mꝉ
te ſunt rōnes. Prima eſt ꝓpter
honorē maieſtatis. honorando
em̄ ſanctos: diuinā honoramꝰ
maieſtatē. Scd̄a ē ꝓpter auxiliū

noſtre infirmitatis. vt q̄ p̄ nos ipſos ſalutē habere non poſſumus: ſctōꝝ interceſſiōib⁹ habere mereamur. Tertia eſt ꝓpt' augmentū nr̄e ſecuritatꝫ. ſi enim hoīes mortales nobis ſimiles tantū meruerūt ſublimari per ſua merita: ſecuri poſſum⁹ nos eſſe ꝙ ſi ipos imitari volumus ad ipſoꝝ ꝑueniem⁹ gl'iam. q̄ in ipſorū feſtiuitatib⁹ ꝓponit' nobis. Quarta eſt ꝓpter exemplū noſtre imitationis. cū em̄ ipſorū feſtiuitates celebrant': ad ipſorum imitatōem ꝓuocamur. Quinta eſt ꝓpter debitū mutue viciſſitudinis. ſancti em̄ in celo de noſtra penitētia feſtū faciunt. q2 gaudiū eſt angel' dei ⁊c̄. Juſtū eſt ergo vt de ipſis feſtū agam⁹ in terris. Sexta eſt ꝓpter ꝓcurationē noſtri honoris Cū em̄ honoram⁹ ſanctos qui ſūt fratres noſtri p̄ caritatē: honoram⁹ ⁊ nos ipōs. Iſtas autēꝫ ſex rōnes aſſignat mg'r Guilelmus altiſiodoreñ. in ſūma ſua de officio. Sunt etiā adhuc mł'te alie rōnes q̄s ꝓpter breuitatē obmitto. Tertio fuit inſtitutuꝫ iſtud feſtū ꝓpter negligentiarū expiationē. pauca em̄ feſta ſanctoꝝ agim⁹ ⁊ tñ illa pauca ſepe negligēter agim⁹. ⁊ mł'ta i eis vel p̄ ignorantiā vel p̄ negligētiā vel p̄ occupationē rei ſeclaris vel ꝓpter humanā infirmitatē obmittim⁹. ꝓpter q̄d iſtud feſtū agimus: vt q̄cquid ī alijs feſtis negligēter agim⁹ vel actū eſt: in hac ſctā feſtiuitate ſoluat' Iſtā rōnem tangit hiſtoria iſtius feſti. ſicut ptꝫ. Quarto fuit īſtitutū ꝓpter orōnū noſtrarum faciliorē exauditionē. nō enīꝫ ſumus p̄ nos digni a deo in noſtris orōnib⁹ exaudiri. ꝓpter q̄d feſtū generale de omnib⁹ ſanctis agimus. vt q̄d p̄ nos nō pōt fieri: ipſis mediātib⁹ impetret'.

## Item de omnib⁹ ſanctis Sermo ſecundus

Vidi ī medio throni agnū ſtantem tanq̄ occiſuꝫ habentē cornua ſeptē ⁊ oculos ſeptē. Apoca. v. ¶ In pſenti ſolēnitate ſanctoꝝ omniū. cuius ē hodie vigilia cōuenienter exponit' verbū iſtud myſtice intellectū. In quo quidem verbo de iſta celeſti curia quā in eterna beatitudine īntegrāt omnes ſancti angeli ⁊ oēs boni hoīnes ſub xp̄o ꝑncipe aliq̄ tangit iohanes diuiniſſim⁹ q̄ꝫtū ad regem ꝑncipantē. aliq̄ q̄ꝫtū ad mercedē q̄rantē. ⁊ aliq̄ q̄ꝫtū ad plebē integrātē ⁊ cōregnātē. q̄ tria ſc a fidelib⁹ ꝯſiderāda iugiter in hoc feſto. Tāgit em̄ de rege ꝑncipāte altiſſimū faſtigiū ī throni adeptōe. [ Vidi inq̄t [ ī me-

dio⁊c ]. De mercede quietante
digniſſimū meritū in occiſiōe.
cum addit. [ tamquā occiſum ]
De plebe autem integrāte ⁊ cō
regnante tangit pulcherrimū
ꝯſortiū in miſterīj deſignatiōe.
cum ſubdit. [ hn̄tez cornua. vīj.
⁊c. ] Primo dico tangit Jo.
diuiniſſim⁹ illud qḋ in hac feſti
uitate cōſiderādū eſt pricipali-
ter. ſ. regis ꝑſidentis . imperātꝭ
⁊ diſpenſantis in iſta ſupna cu
ra altiſſimū faſtigiuz in throni
adeptione. cum dicit. [ Uidi in
medio throni ] Rex eni celeſti
curie ꝑſidēs agn⁹ eſt. de q̄ dicit
infra ꝙ rex regū eſt ⁊ dominus
dominātiū. i. dominoꝝ. Thro
n⁹ aūt iſte in in cui⁹ medio qui
eſcit agn⁹ iſte. quātū ad pn̄s ꝑ-
tinet. eſt ſin⁹ dei patris. q̇ eſt di
uinitas. In hoc eni ſinu tāquā
ſuo throno q̇eſcit agnus iſte. ip
ſum enim adept⁹ fuit ꝑ gratiā
vnionis humane . ſ. nature ⁊ di
uine in in ſuppoſito ꝟbi. dic̄ eni
idē Jo. de ꝟbo īcarnato. quē vo
cat prīs eterni vnigenitū. ꝙ iſte
eſt in ſinu prīs. Jo. ꝑmo. Sig
nāter autem dicit in medio. qꝛ
agnus iſte media eſt in trinita-
te pſona. Ex his autem duob⁹
videlicꝫ ꝙ chriſt⁹ vocat̄ agnus
et in medio throni quieſcēs . tā
gūt̄ i ipſo due nature . humana
. ſ. et diuina. hūana quidē ī hoc
ꝙ dicit̄ agn⁹. diuina aūt in hoc
ꝙ dicit̄ ſtans et q̇eſcens in me-
dio throni. Et certe in vtroque
habet rex celeſtꝭ curie altiſſimū
dignitatis faſtigiū et nobilita-
tem ſummam. Ipſe eni eſt ille
de quo dicūt angeli q̇ erant ī cir
cuitu throni cāticū illud ī fra co
dem ſcriptū [ ſedenti in throno
⁊ agno. bn̄dictio ⁊ honor glo-
ria ⁊ poteſtas in ſecula ſeculo-
rum ] In qua quidez aucto
ritate introducit̄ rex iſte formi-
dabilis delinquētib⁹ . q̄d ꝓbat
throni celſitudo cū inq̇t. in thro
no. Ubi nota ꝙ thron⁹ iſte xp̄i
dicitur in ſcriptura ꝑ figuram
aureus ꝓpter integritatē ꝑfecti
onis cūcta ꝑhabentis. vnde fi-
gurat̄ ꝑ thronum ſalomonis. d
quo dicit̄. iīj. Re. x. ꝙ erat tot⁹
auro veſtit⁹. ⁊ in ſūmitate rotū
dus. in q̄ ꝑfectō deſignat̄. Dicit̄
etiā alibi ſtella ꝓpter ſerenitatē
cognitionis cūcta ꝯtuētis ſub-
tili⁹. vnde figurat̄ ꝑ illum thro
nū. d q̄ dicit̄ in ꝑs. Thron⁹ ei⁹
ſicut ſol in ꝯſpectu meo . Dicit̄
etiā ſol. de q̄ dicit̄. ſol illūinans
ꝑ oīa reſpexit. vt dicit̄ in eccl'ia
ſtico c. xlīj. Dicit̄ nubes ꝓpter li
beralitatem cōicationis . ſicut
eni nubes īdifferenter diffūdit
ſupra ꝑtes terre rorē ⁊ pluuiā.
ſic ⁊ xp̄s liberaliter ⁊ indifferē-
ter pluit ſua bn̄ficia ſup iuſtos
⁊ iniuſtos Mat. v. Dicit̄ etiā
flāme⁹ ꝓpt̄ ſeueritatē executōis
ſue ſnīe. malos puniētis itimi
us ⁊ acei bius. ſicut eni ignis ī-

ter cũcta elemẽta affligit acerbi
us.⁊ penetrat itimiꝰ.ſic ⁊ iuſti
cia xp̄i ꝯtra malos Daniel.vij.
Thronꝰ enī eiꝰ ſicut flāma ig
nis.Dicit̃ etiā ſaphierꝰ ꝓpter no
bilitatem p̄miatiōis .bonos am
plectẽtis feliciꝰ.de q̄ quid thro
no habet̃ Ezechie.p̄mo.Saphi
rꝰ enī int̃ gẽmas ē q̄ſi nobilioꝛ
Et certe ſedẽs in hoc throno no
biliſſime p̄miat ſctōs ſuos
B Secūdo introducit̃.i au
ctoꝛitate p̄dicta ꝯſolabil̃ pẽitẽ
tibꝰ qḋ ꝓbat agni māſuetudo
cū ſubdit̃.[⁊ agno ] ⁊.p.i. agno
Hic eſt ille agnꝰ qui dicit de ſe
ip̄o Je.xj.Ego q̄ſi agnꝰ māſue
tꝰ q̄ poꝛtat̃ ad victimā.Et non
dubitȝ aliq̄s q̄n iſte rex ex hoc
ꝙ agnꝰ dicit̃ habeat nobilitatẽ
magnā.Lego em̄ iſtū agnū om
nia p̄cedentẽ pſonali emanati
one.Eſt enī deꝰ ⁊ dei filiꝰ.Joh
p̄mo.Ecce agnꝰ dei.legat̃ itrā
ſitiue ⁊c̃.ſequit̃.Hic eſt de q̄ di
xi.Poſt me venit.⁊c̃. ſequitur
Et ego vidi.dicit p̄curſoꝛ. ⁊ te
ſtimoniū ꝑhibui. qm̄ hic eſt fi
liꝰ dei.Lego etiā ip̄m oīa p̄ſciẽ
tem intellectuali cōtuitōe:ha
bentẽ.ſicut i verbo p̄ncipali dꝛ
ſeptẽ ocl'os.i.ſm̄ vnā expoſitio
nẽ noticiā vniuerſoꝝ. Lego et
ip̄m oībus p̄ſidentẽ naturali in
ditione.eſt enī dn̄atoꝛ terre.ſic
dꝛ Eſa.xvj.Emitte inq̄t dn̄e a
gnū.dn̄atoꝛẽ terre Lego ēt ip̄m
oībꝰ ꝓuidentẽ ꝓtuali admiſtra
tōe.de ipſo enī dicit̃ Apo.vij.ꝙ
agnꝰ q̄ i me.thro.ē reget eos
.i.vniuerſaȝ creaturā pꝛecipue
tn̄ ſctōs.Lego ⁊ ip̄m oībꝰ retri
buentẽ ex meritoꝛū ꝓpoꝛtiōe.dꝛ
enī Apoca.vj.de mal'hoīb' .ꝙ
in die iudiciј dicẽt petrꝭ ac mō
tibꝰ.cadite ſup̱ nos.⁊ abſcōdi
te nos a facie ſedẽtis ſup thro
nū.⁊ ab ira agni.Quātū auteȝ
ad bonos dꝛ de iſto agno in.vij
ꝙ deducet eos ad vite fontes
aquarū.Ergo agnꝰ iſte nobiliſ
ſimꝰ eſt.Eiꝰ em̄ generatio.ſup
ſm̄ diuinitatẽ oīa p̄it.Contui
tio aūt p̄ſcit.Inditio oībus p̄
eſt.Admiſtratio oībus ꝓdeſt.
Sed eterna retributio q̄buſdā
ſūme oberit.ſcȝ malis.⁊ q̄buſ
dam pꝛoderit ſumme.ſcilȝ bo
nis. Tercio in auctoꝛitate p̄
dicta introducitur rex gl'ie cri
ſtus admirabilis extollentibꝰ
ipſum quantum ſupple ad ſuā
excellentiam ex immẽſitate.q̄d
pꝛobat ipſa laudis magnitu
do.cum dicit [benedictio ]ſup
ple eſt iſti agno. propter omni
um creationem [ et honoꝛ pꝛo
pter omnium reparationeȝ.[⁊
gloꝛia ] ſup.ad electoꝛū gl'ifica
tionẽ [⁊ ptās ]ſup.ad maloꝛū
cōdẽnatōem [in ſecl'a ſcl'oꝛū ].ſ.
ꝓpt̃ eternā duratōȝ.Sic igit̃ tā
git̃ in v̄bo p̄ncipali p̄ncipāꝭ ce
leſtis curie altiſſimū faſtigium
cū dic̄ Joh.Vidi i medio thro
ni.⁊c̃.quem dicunt angeli in

cantico iam p̄expoſito (quia ag
nus manſuct⁹) admirabilez ip⸗
ſum extollentib⁹. quia ſibi de⸗
bet̃ benedictō ꝛ honoꝛ ꝛc̃. Nec
miret̃ aliquis ꝙ Johānes di⸗
cit eū ſtantem in medio throni.
ꝛ in cantico angl'orū dicit̃. ſedē
ti in throno. vtrūqꝫ enim verū
eſt ꝑ figuram ꝙ ſedet. ſ. ꝛ ſtat ī
hoc throno. Sedere enī deſig⸗
nat quietā poſſeſſionem. ſtare
autem deſignat ꝓmptitudinez
ad adiuuandū. Sedꝫ ergo ag⸗
nus in throno. quia requieſcit
ꝑfectiſſime in ſinu dī patris tā
quā in plenitudine poſſidēs bo
na potioꝛa. Sed ſtat in h̄ thro
no. q̄a ſp̄ ꝓmptus eſt auxiliari
fidelib⁹ ſuis. Prochdolor pec
catoꝛes iſti⁹ mūdi nō formidāt
iuſticiaꝫ ſedent̃ in throno. nec
laudāt eius ſapientiaꝫ qui oīa
videt. nec extollunt ſuā liberali
tatem qui omnib⁹ ꝓuidet. nec
recurrūt ī hac vita ad agni mā
ſuetudinē qui vere penitētibus
ꝑcit et idcirco duriter patient̃
in alia vita ſue iuſticie acerbi⸗
tatē. dicit̃ enī Apoc̄. tertio. ꝙ ḋ
throno ipſius ꝓcedunt fulgu⸗
ra ꝛ voces ꝛc̃. Uoces quidem
cōminationis vel angelice inti⸗
mationis. iuxta illḋ Mat. xxv.
clamoꝛ factus eſt. ꝛ tonitrua di
ſceptatōis. ꝛ fulgura eterne pu
nitionis ⁋ Secunduꝫ qḋ
eſt p̄ꝛīcipaliter in hoc feſto con
ſiderandum. eſt mercedis qui⸗

etantis ꝛ ſatiantis ī illa celeſti
curia digniſſimum meritū. qḋ
euidenter Joh̄. innuit in agni
occiſione. cū addit. [tamq̄ꝫ oc⸗
ciſum] Merces enī illa eſt bea
titudo celeſtis patrie. de q̄ dicit
ſaluatoꝛ Math̄. v. diſcipulis.
Merces vrā copioſa eſt in celo
Et bene copioſa. quia ipſe met
de⁹ eſt p̄ꝛīceps ī iſta curia. Eſt
etiā merces ꝛ coꝛona. de ipſo eī
cantat̃ in hoc feſto. Regē regū
dominū venite adoꝛem⁹. quia
ip̄e eſt coꝛona ſctōrū oīm. Ipſe
etiā eſt merces obiectiue. licꝫ nō
foꝛmaliter. Ipſe eī eſt qui dixit
abꝛahe Geñ. xv. Ego ꝓtectoꝛ tu
us ſum. ꝛ merces tua magna
nimis. Iſti⁹ autē merced̃ mag
nitudo p̄ēſari p̄t ex magnitudi⸗
ne meriti. Nihil enī fuit vnq̄ꝫ
dignū meritū acquirendi hanc
mercedē. niſi illi⁹ qui ver⁹ de⁹
eſt occiſio. ꝛ aſꝑſio ſui pꝛecioſi
ſanguinis. Et hoc euidenter
Joh̄. innuit in hoc ꝙ vidit ag⸗
nū ſtātem tāquā occiſū. vñ vi⸗
dit eū tāq̄ꝫ occiſum. vt euiden⸗
ter innueret̃ ꝙ ei⁹ occiſio fuit ꝛ
eſt digniſſimū meritū ꝓ acqui
ſitione celeſtis mercedis ꝛ me⸗
rituꝫ ſufficientiſſimū. quātum
eſt de ſe ꝓ hominib⁹ vniuerſis
Iſtud plene dic̄ apl's ad hebꝛe⸗
os nono dicens ḋ chꝛiſto. Per
ꝓꝓꝛium ſanguinem introiuit ſe
mel in ſancta. eterna redempti⸗
one inuenta. ꝛ infra codeꝫ. Et

ideo noui teſtamenti mediator eſt. vt morte intercedente. re⸗ miſſionem accipiant qui voca ti ſūt eterne hereditatis. Nec ſi at h̄ queſtio q̄re dicit Jo. tam̄ q̄ꝫ occiſum. videt̄ enim innue re ꝙ non fuerit vere occiſ⁹. Sꝫ tu dic ꝙ li tāq̄ꝫ nō eſt nota ſimi litudinis. ſed nota exp̄ſſionis. vt ſit ſenſus tamq̄ꝫ occiſū id eſt vere occiſū. ſicut illud Johan. primo. quaſi vnigeniti a patre. vel dicit tāquam occiſum. quia corpore eius occiſo. deitas ille⸗ ſa remanſit. ꝛ nullatenus nec a corpore nec ab ipſa anima fuit ſeparata. vel dicit. tamquā occi ſum. ꝓpter feſtinam reſurrectio⸗ nē Sic enim cito reſurrexit. ꝙ quaſi mortuus non fuiſſe eſt viſus. vel dic tāquam occiſum propter cycatrices vulnerum ꝛ paſſionis ſtigmata que habet in ſuo corpore et apparebunt in ſignum euidentiſſimū ꝙ ei⁹ occiſio fuit beatis glorie digniſ ſimū meritum. qua reprobi p̄ uabuntur. Quod autem iſtius agni occiſio ſit huius glorioſe mercedis dignum meritūꝫ ꝯfi tentur hic ſancti homines in h̄ eodem capitulo Apoc. cum ei dicunt. [Dignus es domīe de us noſter accipere librum ]id ē adimplere diuinam diſpoſitio nem de humani generis repara tione. [et ſoluere ſignacula ei⁹ ] id eſt declarare figurarum in⸗ uolucra. ꝛ ſcripturarum enig⸗ mata ſub quibus tecta latebāt Vere dign⁹ es dicunt iſti ſan⸗ cti homines agno quia [rede⸗ miſti nos deo in ſanguine tuo ex omni tribu ꝛ lingua ꝛ popu lo ꝛ natione. ꝛ feciſti nos d̄o no ſtro regnum ]ſup. non terrenū ſed celeſte. vnde ſubdūt. [ꝛ reg⸗ nabimus ſup̱ terram. ]Et hoc totum domine deus. qui es ag nus ꝓ nobis immolat⁹ eſt vir⸗ tute ꝛ merito tui precioſi ſang⸗ uīs ꝛ tue acerbiſſime paſſionis Hoc quidem etiam cōfitentur angeli in ſuo cantico. cūꝫ dicūt [Dign⁹ eſt agn⁹ q̄ occiſus ē ac cipe virtutē ]ſup. reparandi ge nus hūanū ꝛc. expone ſicut p̄ us. Pꝫ igit̄ magnitudo celeſt̄ glorie quā oēs bti nūc cum a⸗ gno ꝑcipiūt ex meriti magnitu dine. qd̄ fuit occiſio. ꝛ aſp̄ſio ſā guinis hui⁹ agni. Proh dolor multi ſūt q̄ nō erūt ꝑticipes h⁹ mercedis tā copioſe. q: iſt̄d me ritū nō habet in eis efficaciam. q: filiū dī ꝯculcāt. ſ. ip̄i⁹ p̄cepta ꝛ ꝯſilia paruipendēdo. et ſāgui nē teſtamenti. id eſt ſanguineꝫ eius noui teſtamenti cōfirma⸗ tiuum: pollutum ducunt. ſup⸗ ple blaſphemando. ꝛ aſperſioni ipſius gratias non agendo. pro pter quod eterna ſuppl[illegible]ia me rentur. ſicut innuit apoſtol⁹ ad Hebreos. x. c. Tertium quod ē in hoc feſto principaliter conſi

derandum eſt plebis integran-
tis ⁊ conregnātis in illa ſuper-
na curia pulcherrimuꝫ collegi-
um ſeu conſortium. quod eui-
denter innuit iohānes in ſacri
myſterij deſignatiōe. cū ſubdit.
[habentē cornua ſeptē ⁊ oclos
ſeptē] D Integrat̄ ei celeſtis
curia. ex ſanctis angelis in no-
uem ordinibus. ſm ſua merita
conſtitutis. qui ſunt ſeraphin ⁊
cherubin. throni ⁊ dn̄ationes.
virtutes ⁊ p̄ncipat⁹. poteſtates
archangeli. ⁊ angeli. ⁊ ex ſanctꝭ
hominibus qui iam ſunt in pa-
tria ſm animas in ſeptem ſta-
tibus. ⁊ tandem erunt ſm cor-
pora glorioſi. Primus ſtat⁹ eſt
patriarcharū. Secundus pro-
phetarū. Tertius apoſtolorꝫ
Quartus martyrū. Quintus
ꝯfeſſorum. Sextus virginum
Septimus iuſtorū in cōmuni
iuſticia ab iſta vita migrantiuꝫ
Sanctorū autem hominū mlt̄
ti fuerunt homines tam excel-
lentis meriti ꝙ meruerunt ad
aliquem angeloꝝ ordinē aſſu-
mi. plures aūt qui nō fuerūt tā
excellentis meriti ſicut illi: re-
manſerunt ⁊ remanēt in aliq̄ d
ſeptē ſtatibꝫ q̄ iam ſunt deſcpti
⁊ omnes ſancti hoīes faciunt ī
iſta celeſti curia ordinē decimū
beatoꝝ. Eſt em̄ humanū gen⁹
iſta dragma decima q̄ndam p-
dita. ⁊ poſtea per xp̄m reperta.
de qua Luce. xv. Ex quib⁹ appa

ret ꝙ verū dicit ſaluator Joh.
xiiij. In domo patris mei man
ſiones multe ſunt. id eſt multi
ſunt ordines ⁊ ſtatus ſanctoꝝ.
⁊ multa premia ſm multitudi
nē ⁊ diuerſitatē meritorum. Ex
ſanctis ergo hominibus ⁊ āge
licis ſpiritibus reſultat ī illa ce
leſti curia pulcherrimū collegi
um: groſiſſimū conſortiū. ⁊ be
nedicta ſocietas. quā iohānes
hic innuit. cū dicit de agno iſto
ꝙ habet ſeptē cornua. ⁊ oculos
ſeptem Per ſeptem em̄ cornua
intelligunt̄ hic oēs ſancti ho
mines qui iam ſunt ſm aīas
glorioſi. ⁊ qui tandē etiā vſqꝫ
ad finem mundi erūt ciues illi
us celeſtꝭ patrie. ⁊ poſt vniuer
ſale iudiciū cum chriſto domi
no in aīa ⁊ corpe ꝑpetuo regn-
bunt. E Et bene p cornua
deſignant̄ ſancti homīes qui ꝑ
tem vnā faciunt collegij. Uide
mus enim de cornibus anima-
liū. ꝙ et ſi in carne fundentur
ſupra carnē tamen eleuant̄. ſic
⁊ ſancti homines q̄uis fuerint
ipſi in carne fundati natura-
liter. tn̄ ſupra carnem fuerūt ele
uati agentes vitā nō carnalem:
ſed ſpūalem. non humanā: ſed
angelicā. in carne ei p̄ter car-
nem vixerunt. ſm aūt Jerony.
in ſermone. in carne preter car
nem viuere non eſt vita trena:
ſed celeſtis. vnde de iſtis corni-
bus q̄tum ad hoc poteſt dici il

lud pſalmi. Exaltabunt̄ cornua
iuſti. Uere ſancti homines qui
ſunt cornua iuſti. i. xp̄i exaltan
tur. i. ſupra carnem eleuantur.
Uidemus ſecundo de cornib9
animaliū ꝙ ꝗꝫtum eſt de ſe ca-
piti imobiliter ſociantur. Sic
ſancti homines ꝑ fidem ⁊ cari
tatem ſuerunt chriſto capiti im
mobiliter ⁊ īuiolabiliter copu-
lati. Nec mirū. quia chriſt9 cū
ſuis manibus tenebat iſta cor-
nua in ſe ipſo capite fixa. vnde
de iſtis poteſt dici illud Abac.
iij. Cornua in manib9 xp̄i. q̇a
vt dicitur Deute. xxxiij. Om̄es
ſancti in manu illius ſunt. Ui
demus etiā ꝙ aīalia cuꝫ cor-
nib9 ſe defendunt. ſic etiā eccle
ſia ſanctoꝝ hominuꝫ auxilio a
ſuis hoſtibus ſe defendit. iſtis
enim cornib9 inimicos ſuos vē
tilat. iuuante tamē ꝑncipaliter
virtute xp̄i. vnde dicunt ei ho-
mines iuſti illud pſalmi. In te
inimicos noſtros. ſ. demones ⁊
malos homines. ventilabim9
cornu. i. mediante auxilio ⁊ vir-
tute alicuius ſancti. Iſta enim
ſeptē cornua ⁊ capita. i. ſeptem
pctā capitalia. ⁊ decem ei9 cor-
nua. i. trāſgreſſiōes decē prece-
ptorū legis ꝑ xp̄m ⁊ eius ſctōs
confringunt̄. iuxta illud q̄d di
xit ip̄e chriſtus in ps̄. Omnia
cornua peccatoꝝ confringam.
Sanctoꝝ em̄ humilitas ꝯfrin
git demonis ſupbiā. ſimplici-
tas eius fraudulentiā. caritas
ei9 inuidiā. mititas eius iracū-
diam. paupꝑtas auariciā. ſcien-
tia ignorantiā. fortitudo incon
ſtantiā. abſtinētia caſtrimargi-
am. continentia luxuriā. pietaſ
maliciā ⁊ immiſericordiā. que
ſunt cornua demonis. id eſt.
diaboli. de quib9 per figurā ha
betur Apocalip̄. xij. Uidemus
etiā ꝙ cum cornibus aīaliuꝫ
homines buccinant. ⁊ buccinā
do alios vocant. ⁊ latrones fu-
gant. Sic ⁊ eccleſia dei per ſā-
ctos homines ſicut per quedā
cornua ſolenniter buccinat. do-
cendo. ſ. p̄dicando. monēdo. et
corripiēdo. ⁊ ſic peccatores vo
cat ad pēitentiā. ⁊ latrones. i. dē
mones ⁊ hereticos a ſeip̄a fu-
gat. Dicit eni deus ip̄e in pſal-
mo. Buccinate ī neomenia tu-
ba. ⁊c̄. Tuba ſcꝫ cornea. i. voce
⁊ p̄dicatōe ſctōꝝ. Qꝫ aūt intel
ligat̄ de tuba cornea: p̄ꝫ per il
lud q̄d alibi in ps̄. dr̄. Pſallite
dn̄o ⁊c̄. vſqꝫ ī voce tube cornee
Et ſign̄t dic ī neomenia. ⁊ ſiḡt
innouatōeꝫ. q2 eccl'ia fideliū. q̄
ē xp̄i noua ſpōſa q̄ꝫ marie cum
iſtis tub' buccinauit. ſolēnior ei
fuit p̄dicatio in nouo q̄ꝫ ī vete-
ri teſtamēto. Sic igit̄ pꝫ ꝙ ꝑ ſe
ptē agni cornua ītelligūt̄ oēſ ſcī
hoīes. q̄ faciūt vnā ꝑtē collegij
celeſt̄ſ. Placeat ag̊ vt nos ſic vi
uā9 ꝙ n̄ ſim9 dē nūero cornuū be
ſtie q̄ cōburꝫ ī extrēo iudicio flu
ui9 igne9 ſue iuſticie. q̄ egredie

tur a facie eius. ſicut per figurā
dicitur Dan̄. vij. Sed ſim⁹ de
numero cornuum eius de quo
rum quolibet in pſalmo dicit.
Cornu eius exaltabit in gloria
quod peccator videns iraſcet:
dētibus ſuis fremet ꝛ tabeſcꝫ
deſiderium peccatorum ꝑibit.
¶ Ulterius dico ꝙ per ſe-
ptem oculos agni intelligūtur
omnes angeli ſancti qui faciūt
partē aliam collegij celeſtis. Et
bene per oculos agni intelligū
tur ſancti angeli. oculi enī re-
ſpectu cornuum dignius ſituā
tur. ſunt enim in interiori par-
te capitis. ſic ꝛ ſancti angeli re-
ſpectu ſanctorū hominū digni
us ꝛ excellentius de cōmuni le-
ge beatificant. Deſignant enim
omnes ſancti āgeli per iſtos ſe-
ptem accēdentes lampādes q̄
ſunt ante thronū dei. i. deſignt
om̄es angelos eius. De ipis ei
dicit in pſalmo. ꝙ de⁹ facit an-
gelos ſuos ſpūs: ꝛ miſtros ſu-
os flammā ignis. Sicut enim
ignis inter elementa eſt nobili
or. ꝛ nobilius ſituat. ſic ꝛ glīa
angelorum de cōmuni lege po
tior eſt ꝗ̄ ſit gloria hominū be
atoꝝ. Itē viſ⁹ q̄ ē i ocul' ē ſpūali
or int oēs ſenſ⁹. ſic ꝛ ſancti ange
li inter omnes beatos ſpiritua
liores ſunt. Sunt eni puri ſpi
ritus: nullam habētes inclina-
tionē ad corpus. q̄d de ſctis ho
minib⁹ nullaten⁹ dici pt. cōſti
tuūt em̄ ex corꝑe ꝛ ſpū. ꝛ aīe co-
rū exiſtētes ſeꝑate a corꝑib⁹: ad
ipa corꝑa naturaliter inclinan-
tur. ꝓpter q̄d et hic dicit de iſtiſ
ſeptē oculis qui ſunt ſeptē ſpiri
tus dei miſſi in omnē terrā Itē
oculi in inſtāti vidēt. ſm enim
Ariſtotelē viſio eſt in inſtanti.
cum tamen auditio ꝛ odoratō
ꝛ ſic de alijs actibus ſenſuū: tē-
pore mēſurent. ſic ꝛ angeli iter
om̄es creaturas intellectuales
in inſtanti ꝛ ſubito intelligunt
ꝛ ſine diſcurſu. nō eni eſt eoruꝫ
intelligere cū ꝯtinuo ꝛ tempo-
re ſicut noſtrū. Un̄ ſicut lux ſo
lis per totum mundū in inſtan
ti diffundit: ſic ꝛ angeli ſancti i
inſtāti oīa vidēt. vn̄ dr̄ de ipſis
per figurā Eccī. xxiij. Ocl'i dn̄i
id eſt ſancti angeli multo luci-
diores ſūt ſuꝑ ſolē. circūſpiciē
tes oēs vias hoīm. i. ſi poſſꝫ di
ci citi⁹ intelligūt ꝗ̄ lux ſol' per
mediū ſe diffundit. Itē ꝗ̄tum
ad hoc. ſic ocul⁹ corꝑal' ſibi vi-
det ꝛ toti corꝑi: ſic ꝛ angeli ſibi
ipi ꝛ hoīb⁹ vidēt. Sūt em̄ ho-
mīes reſpectu āgeloꝝ q̄ſi ceci. ſꝫ
ꝑ ſctōs āgelos ſic ꝑ q̄ſdā ocl'os
dirigūt. ꝛ ad viā rectā reducūt.
vn̄ q̄libet eoꝝ poterit dicere in
iudicio illō Job. xxix. Oculus
fui ceco. i. hoī cui⁹ fui cuſtos. q̄
ꝑ me ſic ꝑ oculū fuit i via direct⁹
Iſti āt ocl'i agni hn̄t q̄ddā ſpē
ale ꝓuilegiuꝫ ꝑ alijs ocul'. Alij
enim oculi nō vidēt caput in q̄

ſunt fixi. ſed iſti oculi agni non ſolum vident alia: ſed etiã ſpvident caput in quo ſunt fixi. ſcꝫ dominũ ieſum xpm. ſm illud Math. xviij. Angeli eoꝝ ſemper vident faciẽ patris ꝛc. De iſtis eñ oculis dicit xps vel q̃libet homo viator in pš. Oculi mei ſemp ad dñꝫ. Ultimo ſicut oculi ſubito mouenł. vnde dicił. j. ad Corinth. xv. In ictu oculi. ſic ꝛ angeli beati cũ maxima velocitate mouenł. exẽpluꝫ de illo angelo qui portauit Abacuc ſubito de babylone in iudeã in impetu ſpũs ſui. ſic habeł Dañ. vltimo. Sic igitur ꝑ ſeptem oculos intelligunł omnes angelici ſpũs qui faciunt partẽ principalẽ collegij celeſtꝫ. Et ſignãter dicit ſeptẽ cornua ꝛ ſeptem oculos. vt per cornua ſeptẽ intelligãł vniuerſi. ſcilicet homines. ꝛ per ſeptẽ ocl'os angeli vniuerſi. Septẽ eñ numerus eſt: vniuerſitatẽ deſignat in ſeptẽ diebus tempus agitur vniuerſum. Miſer eſt ergo peccator qui nõ dirigił ꝑ iſtos oculos. id ẽ per aliquẽ de ſanctꝫ angelis. quia nõ vult dirigi. ponit eñ obicem. quia oculi quãtum eſt de ſe ſunt ſempvirtuoſi ꝛ ſemp ꝑſto ad dirigenduꝫ. Sed miſer peccator nõ vult dirigi. ꝓpter quod dicere põt illud pſalmi. Lumen oculoꝝ meoꝝ et ipm nõ eſt mecũ. ſup. q̃tum ad efficaciã. qꝛ ego impedimentũ pꝛeſto. Patet igił aliq̃lr q̃d intelligał hic per ſeptẽ cornua. et per ſeptẽ oculos. de quib⁹ omnibus hic dꝛ. q̃d habent ab agno Reuera ipẽ habet in ſua celeſti gloria ꝛ delectatiõe ꝑpetua omnes ſanctos hoĩes ꝛ oẽs angelicos ſpiritus. Intelligunł enim ꝛ ſancti hoĩes ꝛ ſancti ãgeli ꝑ illas ſeptẽ ſtellas. de quibꝫ dꝛ ſupra ꝑmo ꝙ ille qui iohãni apparuit ſimilis filio hoĩs. ꝑ quẽ chꝛiſtus intelligił. habebat in dextra ſua ſeptẽ ſtellas. In dextera quidẽ. id eſt in ſua glĩa celeſti. de qua in pſalmo dꝛ. Delectationes in dextera eius vſq̃ in finẽ. i. ſine fine. Placeat iſti agno benedictiſſimo ꝙ nos i p̃ſenti exilio defendat ꝛ protegat per ſua cornua ꝛc.

De omnibus ſanctis
Sermo tertius

Redemiſti nos dñe deus nr̃ in ſanguĩe tuo. ex omi tribu ꝛ lingua ꝛ populo ꝛ natiõe. ꝛ feciſti nos deo nr̃o regnũ. vbi. s. Apoc. v. Redemiſti nos in ſanguĩe tuo. i. in ṽtute ꝛ merito tui ſanguinis ꝑ nob in cruce effuſi. Reuera nihil fuit vnq̃ꝫ nec ẽ nec erit q̃d poſſꝫ eẽ meritũ ſufficiẽs iſtius repationis niſi mors ꝛ effu

ſio ſanguis ieſu xpi. q̄d ſcti cō/
fitenť dicētes. paꝝ añ. Dignus
es dñe de⁹ nr̄ accipe librũ ꝛ api
re ſigcu'a ei⁹. i. adiplere diuaꝫ
diſpoſitõem ſup repatõe hũa/
ni generis. qm̄ occiſus es. vbi
plane inuit ꝙ occiſio ip̄i⁹ fuit
dignũ meritũ hũane repatõis
q̄d apti⁹ explicāt. cũ dicũt ꝯñrꝛ
redemiſti nos in ſanguine tuo.
Sanguis em̄ ieſu xpi ſufficiēs
fuit ad redimēdũ nos a ſeruilita
te. ſic h̄ dr. ꝛ apl's dic̄ ad Heb.
ix. Per ꝓpriũ ſanguinē itroiuit
ſcꝫ xp̄s ſel' in ſctā eterna redēpti
one iuēta. ꝛ. j. Pe. j. dic̄ Nō cor
ruptibilibꝫ auro vel argēto re/
dēpti eſtis ꝛc̄. Sequiť. Sꝫ pre
cioſo ſanguine agni imaculati
ꝛc̄. Fuit etiā ſufficiēs ad abluē/
dũ nos ab iniq̄tate. vñ. ß. Apo
ca. j. ca. Xp̄s dilexit nos ꝛ lauit
nos a pctis nr̄is i ſanguie ſuo
Et ad Hebꝛe. ix. ca. Sanguis
xp̄i emũdauit ꝯſcias ab op̄ibꝫ
mortuis. i. a pctis. Eſt et̄ ſuf/
ficiēs ad ꝓtegēdũ nos ab hoſti
bus ꝛ ab hoſtili vaſtitate. cui⁹
figura p̄ceſſit in ſanguine agni
typici. cui⁹ ſāguis ſi ſup poſtes
liniebatur: dfendit hebꝛeos ab
exterminatore. ſic̄ dr Exodi. xij
Sic ꝛ ſanguis xpi cũ poniť in
poſtib⁹ fideliũ. i. in aīa ꝑ cō/
paſſionem. ꝛ in carne ꝑ mortifi
cationē. ꝛ in ſupliminari. i. i in
tellectu ꝑ iugē meditationē: ip/
ſos ab hoſtib⁹ defendit. Eſt ḡ
ſanguis xp̄i ad iſta tria ſuffici/
ens. q2 meli⁹ loq̄ns q̄ꝫ ſanguiſ
abel. ſic̄ dr ad Hebꝛe. xij. ꝓ nob
deo patri ſatꝭ fecit. Et bñ meli⁹
loq̄ns q̄ꝫ ſāguis abel. q2 ille lo/
quebať iuſticiā. iſte aũt miſeri/
cordiā. Ille vindictā de Cayn q̄
ip̄m fuderat. ſanguis aũt chꝛi/
ſti veniā: etiā crucifixoꝛibꝫ ſuis
et qm̄ ad iſta oīa fuit efficax: id
circo etiā ē ſufficiēs ad itrodu/
cendũ hoīes in ſupnā ciuitatē.
Juxta illud infra vlti. bti q̄ la/
uāt ſtolas ſuas. i. aīas ꝛ cor/
poꝛa in ſanguīe agni. digne. ſ.
recipiēdo ſacra eccl'ie. vt ſit po/
teſtas eoꝝ in ligno vite. ꝛ ꝑ por
tas intrēt ciuitatē. Hic ḡ ē iſte
ſanguis bñdict⁹ q̄ xp̄s dñs ac
q̄ſiuit ſuā ecclīā. ſup quā ſp̄ũſ
ſctũs ep̄os ꝯſtituit. ſic̄ Actu. xx.
aſtruit apl's paul⁹ D Jn/
nuũt ḡ p̄mo ſcti repandi modũ
ſũme caritatꝭ. cũ dicũt. Redēi/
ſti nos ꝛc̄. Scdo aũt inuũt re/
paratoꝝ numerũ. q̄ ſũt oēs ele
cti infinite pl'itatis. cũ ſubdũt.
ex oī tribu ꝛc̄. Jnfinita ē iſta pl'i
tas ſaluatoꝝ ꝛ ſaluādoꝝ per
ſanguinē xp̄i. Jnfinita q̄dem q̄
ad nos. nō q̄ ad deũ. dic̄ Aug⁹
in q̄dā ſecreta. ꝙ ei ſoli cognit⁹
eſt numer⁹ electoꝛũ in ſupna fe
licitate locād⁹. Ex oī dicunt tri
bu nō ſolum filioꝝ iſrael. de q̄
bus dicitur in epiſtola ſequen/
ti. ſed etiam ex omni tribu gen/
tium.: īmo ꝛ omniũ hominum

A trib⁹ cum filijs noe. ſcȝ Sem
cham ⁊ iaphet deſcēderūt tres
tribus. ex quib⁹ diſſeminatum
eſt omne gen⁹ humanū in tri-
bus partibus terre. azia ſcȝ af-
frica ⁊ europa. ſicut inuit̄ Ge-
neſis. x. In qualibet aūt tribu
fuerūt multe lingue. in quali-
bet lingua multi populi. ⁊ ī q̄-
libet populo mlt̄e natiōes ho-
minū. Ex quolibet aūt iſtorum
triū ex qualibet tribu ⁊ lingua
ex quolibet pplo ⁊ natiōe redē-
pti ſūt aliq̄ ⁊ multi ſc̄i. qꝛ par
ticipes repatōis iā facte p chri
ſtū: fiētqȝ etiā pticipes ſucceſſi-
ue mlti filij vſqȝ ad finē mundi
Ante enī mūd⁹ nō finiet̄ donec
impleat̄ numer⁹ ſaluādoꝝ ⁊ re
dēptorū per chriſtū. Nō ſolū aūt
ex tribub⁹ deſcēdentib⁹ ex filijſ
noe ſunt redēpti multi p ſāgui
nē xpi: verū etiā ⁊ oēs illi q̄ an-
te diluuiū vel in diluuio deceſ
ſerūt in iuſticia. ſicut adā ⁊ eua
abel ⁊ ſeth enos ⁊ enoch. ⁊ mul
ti alij q̄ iam ſūt facti ciues celi.
⁊ hoc merito iſti⁹ ſanguis. qui
paradiſi ianuā referauit. Nun
q̄ȝ enī fuit ſalus. nec eſt. nec erit
niſi in fide ⁊ merito paſſionis
xpi. Magna eſt ergo iſta plura
litas reparatorum hominuȝ et
ſupnorū ciuium. certe quo ad
nos infinita. deo tamen q̄ mul
titudinem ſtellarū numerat: ē
finita hec pluralitas. et illa tur
ba magna. de qua dicit iohan-
nes in ſequenti epiſtola. q̄ ſcri-
bitur infra. vij. Uidi turbā ma
gnā quam dinumerare. ⁊c̄. Si
gnanter autem dicūt ꝙ ex om-
ni tribu: vt innuant ꝙ non om
nes ſit̄ ſaluati. nec oēs ſaluabū
tur. ſed ex omnibus iſtis aliqui.
multi quidē abſolute loquēdo.
ſed pauci reſpectu dānandorū
quia vt dicit̄ Math. xx. Mul-
ti ſuut vocati ⁊c̄. Sciendūȝ
autem ꝙ iſta pluralitas quam
uis ſit quo ad nos infinita. ha-
bet tamen tres conditiones: q̄
nō inueniunt̄ in aliqua multi-
tudine mundana. vt in plurib⁹
eī in oī mōdana multitudine eſt
confuſio ⁊ deordinatio. eſt diſ-
ſenſio ⁊ cōtradictio. eſt egeſtas
et defectus. quamuis enim mlt̄
ti ſint qui abundent: plures ta
men ſunt inopes ⁊ egeni. ſȝ iſta
beata pluralitas eſt abſqȝ omī
deordinatione. Eſt enim ordīa
tiſſima. quilibet enim habet in
premio ſm ſui meriti exigenti
am. Eſt etiā abſqȝ omni diſſen-
ſione. Eſt enī mitiſſima. cū em̄
eſt in eis dilectio: patet ꝙ ī eis
eſt oīno idē velle ⁊ nolle. quod
em̄ vn⁹ vult: hoc ⁊ omnes vo-
lūt. ⁊ q̄uis vn⁹ ſit beatior alio.
eo ꝙ magis meruit. iſte tn̄ q̄ mi⁹
btūs ē: beatiori ñ īuidȝ: īmo de
bono ei⁹ ei ꝯgaudȝ. eſt ēt plr̄itas
ſine oī dfectōe. ē ei q̄ ad oēs opu
lētiſſima. Sūt em̄ oēs btī. btī-
tudo aūt ſm boe. eſt ſtatus oīm

bonorum aggregatõe ꝑfectus
vbi autem eſt omnis boni ag-
gregatio: ibi defectus eſſe non
pͭt aliqs. Beata eſt igiť iſta plu
ralitas: q̃uis quo ad nos ſit in
numerabiľ. quia eſt ſumme or
dinata. ſumme vnita. ⁊ ſumme
opulenta. Eſt enim aggregata
ex illis ſanctis tribubus de qui
bus propheta dicit in pſalmo.
Illic id eſt in celum aſcenderũt
tribus tribus domini: ad con-
fitendũ nomini dñi.

Item de omnibꝫ ſctĩs.
Sermo quartꝰ.

Ecce ego io
hannes vidi alteruʒ an
gelum ⁊c̃. Apocaľ. vij.
Ad cuiꝰ euidentiã ſciẽ-
dũ ꝙ ꝑ iſtũ angelũ aſcendentẽ
⁊c̃. intelligiť xp̃s dñs. q̃ dr an-
gelus inq̃ʒtũ hõ. qr fuit totius
trinitatis nunciꝰ. Ipſe ei ẽ ille
magni ꝯſilij angelus. de q̃ dici
tur Eſa. ix. ſm aliã traſlatiõeʒ
Sʒ dr alter angelꝰ. i. ab oĩbus
alijs natura ⁊ gr̃ia diſtinctꝰ. et
aſcendẽs ab ortu ſolis. i. a pr̃e.
q̃ eſt fons ⁊ origo totiꝰ ſpũalis
luminis. Dr̃ aũt aſcẽdẽs. cuʒ tñ
freq̃nter in hoc libro dicať ⁊ de
ſcẽdẽs. ſic infra. x. Uidi ali. an.
fortẽ deſcẽdentẽ. Dei filiꝰ enim
carnẽ aſſumẽs: ⁊ ſic in mundũ
veniẽs: deſcẽdit q̃dẽ. qr iuxta ap-
poſto. ad Phil. ij. Semetipm̃
exinaniuit. ſʒ aſcẽdit. qr ſine oĩ
pctõ ꝯceptꝰ fuit. Qđ q̃dẽ de eo
inter oẽs hoĩes ſinglare fuit.
Oẽs em̃ alij hoĩes qñ ꝯcipiun
det ſuꝑ thronum et agno.

Tertio dico deſcribit Iohā
nes gloriā beatorū hoīm q̄ꝫtuꝫ
ad mirā pulchritudinē oblate
felicitatꝫ.cū ſubdit. amicti ſto-
lis albis. Per iſtas ſtolas intel
ligim̄ꝰ vtrāqꝫ beatitudinē. ani-
me.ſ. ⁊ corꝑis.quas quidē ſto-
las habent iam aliq̇ hoīes:⁊ ha
bebūt tandē oēs. q̄ ꝑ tanto di-
cunt̄ albe.qr excellūt omnia ve-
ſtimenta ⁊ ornamēta huiꝰ vite:
ſiue ſint corꝑalia: ſiue ſpūalia.
Sic eīm color albꝰ excellit om-
nē aliū colorē.ita ornamēta glīe
excellūt oīa ornamēta q̄ poſſūt
habere homīes in hac vita. ſiue
q̄ꝫtum ad animā: ſiue q̄ꝫtuꝫ ad
corpꝰ. ꝓpter qd̄ dicit ſupra. ter-
tio de beatꝫ hominib᷒. Ambu-
labūt mecum in albis: qr digni
ſunt. De iſtis autē amictis ſto
lis albis queſiuit vnꝰ a Iohan
ne. infra eodē. q̇ erant ⁊ vn̄ vene
rūt. Hij inquit: q̇ amicti ſūt ſto
lis albis q̇ ſūt ⁊ vn̄ venerūt. Et
Iohanne reſpōdente ꝙ ipe qui
querebat meliꝰ debebat ſcire. re
ſpondit querens. Hij ſunt qui
venerūt ex magna tribulatione
⁊ lauerūt ſtolas ſuas: ⁊ dealba
uerūt eas in ſanguine agni. Re
uera venerūt beati homīes de
magna tribulatiōe quā in hoc
mūdo ſuſtinuerūt. qr multe tri
bulatōnes iuſtorū. in pſ̄. ⁊ ipſi
etiā lauerunt ſtolas ſuas. id eſt
aīas ⁊ corꝑa. ⁊ dealbauer̄t eas
in ſanguine. q. d. ille q̇ reſpōde-
bat Iohāni. Scis tu quare bea
ti homines ſunt ⁊ erunt amicti
ſtolis albis. Reuera quia laue
runt eas ⁊ dealbauerunt eas ī
ſanguine agni. id eſt. in ſacra-
mentis eccleſie que habent ſuā
efficaciā a paſſione xp̄i. vel la-
uerunt eas in ſanguine agni. id
eſt. in fide paſſionis xp̄i. Cuiꝰ
quidem ſanguis habet dealba-

re.i.mūdare ꝛ pūrificare. beati
ergo q̄ lauāt ſtolas ſuas in ſan
guine agni. vt ſit ptās eoꝛuꝫ in
ligno vite. ꝛ ꝑ portā intrēt ſup.
ciuitatē celeſtē. ſic̄ dꝛ infra vltio.
F Circa ꝓmum vbi deſcri
bit Johēs glīaꝫ btōꝝ hominuꝫ
q̄ꝫtū ad multitudineꝫ oꝛdinate
ſocietatis. cū dicit. Uidi turbā
magnā ꝛc̄. Sciendū ꝙ loquen
do ꝑ figurā: iſta turba magna
quā iohānes vidit fuit ſignata
ꝑ illas turbas de q̄bꝫ loquit̄ ho
diernū euangeliū: qđ ſcribitur
Math. v. Uidēs. dicit. ihēſus
turbas ꝛc̄. multitudo em̄ ſuꝑ-
noꝝ ciuiū ꝛ turba dꝛ in ſingu-
lari: ꝓpter ſummā ꝯcoꝛdie vni-
tatē. q̄ eſt inter ipſos: ꝛ turbe in
plurali: ꝓpter ꝑmioꝝ diuerſita
tem. q̄ eſt in patria ſcḋm merito-
rū diuerſitatē. Jſtaꝝ āt turbaꝝ
Pꝛima eſt angelicoꝛū ſpirituū
Scḋa patriarcharum. Tertia
eſt ꝓphetarū. Quarta apl'oꝛum
Quinta martyꝝ. Sexta ꝯfeſſo
rū. Septima virginū. Et octa-
ua vniuerſalr̄ oīm electoꝝ. q̄bꝫ
q̄dem octo turbis rn̄dent octo
btītudines q̄ in euāgelio expꝛi-
munt̄. ſic̄ ſtatim patebit. Suꝑ
iſtas āt octo turbas aſcendit ie
ſus. i. dei filiꝰ q̄ ſemꝑ fuit ihs. i.
ſaluatoꝛ. ſpecialr̄ aūt fuit ieſus
cū fuit carni vnitꝰ. Tunc enim
nō ſolū effectiue: ſꝫ etiā merito-
rie fuit q̄ꝫtū ad hoīes cauſa ſa-
lutis. Jpſe dico ieſus nō ſolum
inquantū deꝰ: ſꝫ etiā inquantū
homo aſcēdit in montē. i. in ſū-
mū verticē btītudinis. Plꝰ em̄
incōꝑabiliter diſtat beatitudo
xp̄i a btītudine oīm electoꝝ: q̄ꝫ
a vallibꝫ diſtent altiſſimi mon
tes. Dicit ergo Math. Uidēs
ieſus turbas ſuꝑ. electoꝝ oīm.
que. viij. ſūt. vt dictū eſt. vidēs
dicit oculo miſcḋie: ꝑ ꝓmū effe
ctū ꝑdeſtinatōis: q̄ eſt iuſtifica
tio ꝓ ſtatu vie. ꝛ ꝑ ſcḋm effectū
ꝑdeſtinatiōis: q̄ eſt gloꝛificatio
ꝓ ſtatu patrie. Jſtis em̄ duobꝫ
modis videt dei filiꝰ om̄es ele-
ctos. vel eos viſurꝰ eſt an̄ fineꝫ
mūdi. Om̄es dico nō ſolū ho-
mines: ſꝫ etiā angelos q̄s vtro
q̄ꝫ modo iam vidit. ꝛ nō ſolum
eos q̄ nati fuerūt ante ab initio
mundi. Uidens turbas. ſic̄ di-
ctuꝫ eſt. oculo ſue miſericoꝛdie
aſcendit in montē. i. ſummum
verticem beatitudinis electoꝛū
oīm gloꝛiā tranſcendenteꝫ. Et
cū sediſſet. i. cū quieuiſſet ꝛ q̄e-
ſceret in ſummo vertice beati-
tudinis. ſemꝑ in illo quieuit ī-
quantū homo poſtq̄ꝫ factꝰ fuit
homo. ſemꝑ em̄ fuit cōpꝛehen-
ſoꝛ. ꝑfectiꝰ tn̄ quieuit ī illo poſt
ſuam reſurrectionē: qꝛ non ſolū
ſcḋm animā: ſed etiā ſcḋm coꝛpus
in quod gloꝛia ſue anime redū-
dauit. acceſſerūt ad eū diſcipu-
li eiꝰ. id eſt. omnes illi electi qui
ſpecialiter dicūt̄ ſcti. ꝛ de quibꝫ
ſpecialiter celebꝛatur iſta feſti-

nitas. Illi em̄ ſicut cum fuerūt
viatores acceſſerunt propi⁹ ad
ſuam ſanctitatem. ſic ⁊ nunc fa
cti comprehenſores: accedunt
propi⁹ ad eius felicitatem. quā
tamen nūq̄ȝ attigerūt. ⁊ aperi-
ens os ſuum docebat eos. Re
uera ieſus chriſt⁹ docuit viator
exiſtens electos ſuos talia per
que potuerunt glorie beatitu-
dinem adipiſci. Docuit enim
eos octo beatitudines. que cuȝ
ei⁹ gratia poſſunt haberi in via
per quas electi ad veram beati
tudinem patrie attingunt. Iſta
autem doctrina ſic eſt tenax in
memorijs beatorū ⁊ ſemper in
eis quaſi recens ac ſi nouiter
xp̄s ſedens ad dexteraȝ patris
eam imprimeret mentib⁹ eoꝝ.
propter quod bene d̄r q̄ ſedens
in ſummo beatitudinis docet
nos ⁊ iā beatos effectos dicēs.
Beati paupes ſpiritu. ⁊c̄. Iſta
beatitudo q̄uis omnib⁹ electis
ſit cōmunis: eſt tn̄ ꝓpria beatis
angelis. q̄ habuerūt pauperem
ſpiritum. i. nō inflantem: nō ſu
perbum. ſic̄ habuerūt demones
nō recognouerūt ꝯditōeȝ na-
ture ſue. idcirco de celo in infer
num corruerunt. Sed beati an
geli non ſupbierunt de excellen
tia nature ſue: ſȝ ꝓpriaȝ paruita
tem ꝯſiderātes meruerūt cōfir-
mari ad verā btitudinē. vnde ⁊
d̄r: q̄m ipſoꝝ eſt regnū celoruȝ.
Sequit̄. Bti mites ⁊c̄. Iſta
beatitudo ⁊ ſi om̄ib⁹ electis poſ
ſit eſſe cōmunis: ſpecialis tn̄ fu
it ſanctis patriarchis. q̄ fuerūt
viri mitiſſimi habentes cor dul
ce ⁊ beniuolū. Patȝ de abrahā
quō ſe habuit ſicut homo mitiſ
ſim⁹ ad Loth nepotē ſuū. Gen̄.
xiij. Quō etiaȝ ſe habuit ad ſa-
ram vxorem ſuā ꝯquerenteȝ de
agar ancilla. G n̄. xvj. Quō eti
am fuit mitiſſim⁹ ⁊ ſumme be-
niuolus in oratione quaȝ fecit
ꝓ ſodomitis. G n̄. xix. Quō eti
am ſicut homo mitiſſim⁹ fuit
prompt⁹ obedire mandato dei
ſup immolatione filij ſui Gen̄.
xxij. Patet ſilr̄ de iacob q̄ tanq̄ȝ
homo mitiſſimus ſe habuit ad
Eſau fratrem ſuū. ⁊ ad Laban
auunculum ſuum. ſicut appa-
ret in G n̄. Idem patet de moy
ſe. de quo d̄r q̄ erat vir mitiſſi-
mus ſup omnes homines qui
morabant̄ i terra. ſic̄ d̄r i libro
Nūeroꝝ. c. xij. Idē etiā de alijs.
Fuerūt em̄ mitiſſimi i iſta terra
morētiū: ⁊ iō terrā viuētiū poſ
ſidēt ⁊ poſſidebūt in eternū. vn̄
⁊ hic d̄r. q̄m ipſi poſſidebūt ter
ram. G Sequitur. Beati
q̄ lugent ⁊c̄. Iſta beatitudo et
ſi ſit cōmunis om̄ib⁹ xp̄ifideli-
bus: p̄cipue viris ꝑfectis. ſpecia
lis tn̄ p̄t dici fuiſſe ꝓphaꝝ. ⁊ vni
uerſalr̄ oīm ſctōꝝ doctoꝝ: q̄ lu
gēt nō ſolū ꝓpria peccata: ſȝ etiā
aliena. exemplū de Samuele q̄
lugebat Saulem. j. Regū. xvj.

exemplum etiam de Jeremia q̇
dicebat Quis dabit capiti meo
aquā ⁊ oculis meis fontē lacri⸗
maꝝ. ⁊ plorabo ⁊c̄. Jere. ix. Di
cit aūt Chriſo. ſuper illo verbo
ꝙ qui peccata ſua lugent beati
ſunt: ſed mediocriter. beatōres
aūt ſunt q̇ nō ſolū ſua lugēt: ſed
etiam aliena: tales cōuenit eſſe
doctores. ipi enim ſicut pecca⸗
tores increpāt verbo: ſic eos de
berent lugere ⁊ ad luctū ꝓuoca
re ſuo exemplo. Reuera qui ſic
lugēt in iſta vita in futura ꝑpe⸗
tuo gaudebūt. vñ ⁊ hic dicitur
qm̄ ipi ꝯſolabunᷣ. ſup ꝯſolatio
ne eterna Sequiᷣ Beati qui
eſuriūt ⁊ ſitiūt iuſticiā ⁊c̄. Jſta
beatitudo ⁊ ſi omib; ſeruis dei
ꝯueniat. ſpecialis tm̄ videᷣ fuiſ
ſe apoſtoloꝝ xp̄i. Jp̄i em̄ p̄ om
nib; hominib; quos vnquam
mūdus habuit eſurierūt ⁊ ſiti⸗
uerūt iuſticiā. ⁊ habuerūt ſum⸗
mū deſideriū exequēdi ⁊ dilatā
di iuſticiā legis ⁊ euangelij per
vniuerſū orbem. ꝓpter iſtud em̄
ſummū deſideriū diſcurrerūt
ꝑ vniuerſū mūdū nudi ⁊ pau⸗
peres: verbo ⁊ exemplo predicā
tes ⁊ publicantes iſtā iuſticiā
fidei ⁊ mortē duriſſimā ſubie
rūt. Et certe iſti eſuriētes ⁊ ſitiē
tes iſtam iuſticiā non caruerūt
premio. ymmo ꝓ merito ſui ve⸗
hemētis deſiderij refectionem
glorie ſūt ꝯſecuti. vñ ⁊ hic diciᷣ
qm̄ ipi ſaturabūtur. ſup. pane

celeſti. i. beatifica fruitiōe Se
quiᷣ Btī miſericordes ⁊c̄. Jſta
quinta beatitudo ſpecialis vi⸗
deᷣ fuiſſe martyꝝ xp̄i. dicit em̄
Remigiꝰ ſuꝑ iſto ꝟbo ꝙ miſe⸗
ricors diciᷣ quaſi habens miſe
rū cor q: miſeriā alteriꝰ q̄ſi ſuā
reputat. ⁊ de omni pctō alteriꝰ
q̄ſi de ꝓprio dolet Uere ſctī mar
tires fuerūt valde miſericordes
videntes em̄ infideles homīes
excecatos errore ⁊ perfidia: de
miſeria ipoꝝ dolebant ſicut de
ꝓpria. ⁊ intantū fuerūt eis com
paſſi ꝙ ꝓ ipoꝝ ꝯuerſione ad ve
rā lucē qui xp̄s eſt. nō ſolū ſua
tꝑalia ⁊ amicos carnales ꝯtēp
ſerūt: verū etiā ⁊ animas ſuas
poſuerūt ꝑ duriſſima ſupplicia
Nūq̄ȝ fuit in homīb; maior mi
ſericordia iſta. ⁊ ideo non carue
rūt p̄mio. ſȝ ꝓ miſcdia quā ipē
derūt ꝓximis: diuinā miſcdiā
que ꝑ infinitū maior eſt q̄ȝ fue⸗
rit coꝝ miſcdia: ꝯſequi merue⸗
rūt. vñ hic dicitur. qm̄ ipi miſe
ricordiā ꝯſequētur ¶ Se
quitur. Beati mundo corde ⁊c̄.
Jſta. vj. beatitudo videᷣ fuiſſe
ſpecialis ſctōꝝ ꝯfeſſoꝝ: ſiue fu
erūt pōtifices: ſiue nō. Jp̄i em̄
habuerūt corda mūdiſſima. vt
em̄ poſſēt obtinere cordis mū⸗
diciā: ꝯtēpſerunt bona terrena
mortificauerūt ſua corpa. ora⸗
tionib; lacrimoſis. ſupplicaue⸗
rūt dño. ⁊ carnē ſuā. cū vicijs ⁊
ꝯcupiſcentijs crucifigere volu

erũt. Et qm̃ habuerũt mundũ interiorem oculũ. quo ſolꝰ deꝰ ip̃e cernit̃: idcirco obtinẽt illã viſionẽ beatificã. i qua ſm. Augu. cũ annexa dilectiõe eſt tota merces. vñ ⁊ hic dicit̃. qm̃ ipſi deũ videbunt Sequit̃ Beati pacifici ⁊c̃. Iſta. vij. beatitudo videt̃ fuiſſe ſpecialis ſanctorꝝ ⁊ ſctãrũ virginũ. Uera em̃ pax ẽ. ſm Augu. a deo nõ diuidi. ⁊ ſolũ in hijs que dei ſunt delectari Reuera ſcti ⁊ ſctẽ virgines habuerũt ſpecialiter iſtã pacẽ pectoris. fuerũt em̃ pfectiſſime cõiuncti xp̃o. nec vnq̃ȝ fuerunt ab eo diuiſi. vñ de ip̃is dicit̃ infra Apoc̃. xiiij. Q, ſequũt̃ agnũ q̊cũq̄ȝ ierit. Ip̃i etiã ſpreta omni carnali delectatõe in ſolo deo delectari voluerũt. Motꝰ em̃ ſuos cõponẽtes: eos ſubiecerunt rõni. ⁊ edomitꝭ ꝯcupiſcẽtijs ſitiuerunt regnũ dı. ⁊ hoc eſt eſſe vere pacificũ. ſm Aug. De muliere em̃ virgine ⁊ ĩnupta dicit Apoſt. j ad Corꝝ. vij. ꝙ cogitat que dñi ſunt. quõ placeat dño. vt ſit ſctã ſpũ ⁊ corpe. Et certe iſti pacifici nõ carent p̄mio. ymmo p̄ alijs homibꝫ vocant̃ ⁊ vocabunt̃ filij dei. ⁊ h̃ ideo. quia pfectiſſimũ virginẽ. i. xp̃m iheſum dei filiũ: habentes corda ⁊ corpa virginalia imitant̃. vnde ⁊ dicit̃. qm̃ filij dei vocabũtur. Non quidẽ ip̃i ſoli: q2 ⁊ omẽs ciues celici vocant̃ filij dei: ſȝ ipſi ſpecialiter ratione predicta.

I Sequit̃. Beati qui pſecutionẽ patiũtur ꝓpter iuſticiã. ⁊c̃. Iſta. viij. beatitudo omnibꝫ turbis electorꝝ ⁊ electarũ ſeptẽ (de quibꝫ iam dictũ eſt. ⁊ octaue. que eſt iuſtorꝝ oĩm qui non fuerunt ita iuſti ita pfecti ſicut illi. de quibꝫ iam locuti ſumus) comunis eſt. q2 vt dicit Apoſt. ij. ad Thimo. iij. Omnes q̇ pie volunt viuere in xp̃o iheſu pſecutiões patient̃. Uere pſecutionem vel a carne ſua q̄ſi innatã. vel a mũdo illatã. vel a deo inflictã. qui quodãmodo electos ſuos dicitur pſequi qñ infligit eis aliquas tribulationes: vt p ip̃as a vicijs purgẽt̃. Signãter aũt dicit. ꝓpter iuſticiam. Multi em̃ pſecutiones patiunt̃ ꝓpter iniuſticias quas cõmiſerunt. Ip̃os em̃ interdum publica iuſticia punit. ⁊ interdum etiam diuina in hac vita. exemplũ de pharaõe ãthiocho ⁊ herode Iſti enim ꝓpter hoc non fuerũt beati: ſed illi qui patiunt̃ pſecutiones ꝓpter iuſticiam legis ⁊ euãgelij obſeruandã ⁊ in ſeip̃is et in alijs hominibꝫ defendendã. qui ꝓpter iſtam iuſticiam nõ ſequũtur ſuas ꝯcupĩas. nec obediunt peccatoribꝫ. ⁊ diuina verbera patienter tolerant. qꝺ vtriq̄ȝ ꝯmune eſt omnium ſeruorũ chriſti: tales. procul dubio ſunt beati. de iſtis loquit̃ hic chriſtꝰ

et beat⁹ petr⁹ ꝑme ſue cano.iiij.
ca.dicens. Siquid patimī pro
pter iuſticiā bti. Et qm̄ iſta bea
titudo om̄ib⁹ electis hominibus
eſt cōmunis ideo etiā habet cō
mune ꝑmiū.ſ. regnū celoꝝ. vn̄
⁊ h dicit̄.qm̄ ipoꝝ eſt regnū ce-
loꝝ. Qd aūt addit̄ Bt̄i eſtis ⁊c̄
nō eſt ſpecialis btitudo:ſ ʒ iſti⁹
viij.explicatio maioꝛ. Iſte ergo
viij.turbe electoꝝ.quaꝝ quedā
ꝑceſſerūt xp̄i incarnatōeʒ. ange
loꝝ.ſ.pr̄iarchaꝝ.ꝓphetaꝝ ⁊ etiā
multoꝝ electoꝝū. alij vero ſecu
ti ſūt.ſicut apl'oꝝ.martyrū.ↄfeſ
ſoꝛū.ꝟginū.⁊ ml'toꝛū electoꝛuʒ
q̄ iam ſūt in patria .⁊ illi etiaʒ q̄
ſurgent vſqʒ ad finē ſeculi:ſūt ꝑ
figurā ille turbe. de quib⁹ dicit̄
Math.xxj. Turbe que p̄cede
bāt ⁊ que ſequebātur clamabāt
Oſāna.i.o tu chꝛiſte ſalua nos.
Reuera a ꝑncipio vſqʒ ad fineʒ
nō fuit nec eſt nec erit ſal⁹ eterna
alicui niſi ꝑ fidē ⁊ merita iheſu
xp̄i. Bene ergo dicebāt xp̄o cla
mātes oſāna.qm̄ ꝑ ip̄m ⁊ p̄rece
dētes ſuā incarnationē et etiaʒ
ſequētes habuerūt.habēt ⁊ ha-
bebūt ſalutem eternā.q̄ eſt mer
ces eoꝝ copioſa in celis.vn̄ ⁊ in
fine euangelij dicit xp̄s turbis.
Gaudere et exultate . qm̄ mer-
ces veſtra ⁊c̄. Cuius quidē mer
cedis cū turbis ſanctoꝛuʒ oīm
nos ↄſoꝛtes efficiat ip̄e xp̄s do
minus.qui vidēs iſtas turbas
eo modo quo dictum eſt ſupe-
rius.aſcendit in mōtem ſupple
beatitudinis infinite. Ad quā
nos perducat dominus noſter
iheſus xp̄s. Amen.

## De dedicatione templi. Sermo primus.

Ecce ego io
hannes. Apoc.xxj.
S Notandū q̄ do
mus dei in nouo teſtamēto ha-
bet multa noīa . Aliquādo em̄
dicit̄ dom⁹ iſta tēplū q̄ſi tectuʒ
amplū ad ſacrificandū deo. vel
dr̄ templū quaſi ad ↄtemplādū
aptum Aliquādo dicit̄ thaber
naculū .eo q̄ eſt dom⁹ militan
tiū ⁊ ꝑegrinantiū. vl' quaſi tha
bernadei ꝓpter diſpenſationē ſa
cramētaliū gratiaꝝ. Aliqn̄ dici
tur cenobiū . q̄ſi inouatoꝛiū. a
cenos grece.qd eſt nouū latine
Aliqn̄ monaſteriū quaſi ↄgre-
gariū multoꝛū in vnum coꝛp⁹.
a monos.qd eſt vnū. ⁊ ſterō qd
eſt ſtatus vel coꝛp⁹ Aliqn̄ mar
tyriū.vt pote cū eſt cōſtructa in
honoꝛe alicuius martyris Ali
quādo dicitur kyriaca.i.domi-
nicalis.qꝛ ibi dn̄o dn̄oꝝ ſeruit̄
Aliqn̄ dicitur baſilica.i. regia.
antiquit⁹ em̄ pallacia regū ba-
ſilice dicebātur:a baſilio rege.⁊
certe in hac domo regi regū ſer
uitur Aliqn̄ ſacrarium vel ſan
ctuarium . ꝓpter ſacra vel ſācta

que ibi aguntur. Aliqñ capella
a capa beati Martini. Reges
enim francorū portabant an-
tiquitus capam illam in bellis
quaſi loco vexilli. ꝛ loc⁹ in quo
cuſtodiebatur dicebatur capel
la. ꝛ cuſtodes ipius dicebantur
capellani. Que quidē nomina
tunc tráſlata ſunt in quibuſdā
regionib⁹ ad eccleſias. que dicū
tur capelle. ꝛ ad pſbiteros. qui
dicunt̄ capellani. Cōmuni au-
tem vocabulo iſte domus que
dicuntur a domate. quod grece
dicitur tectū. vel a domare qua
ſi domantes manere in ſe vna-
nimes: dicuntur oratoria. ꝓpter
orationem eccleſie. ꝓpter chriſti
ani populi congregationem. et
ꝯuocationem que fit in eis. De
iſta domo dixerat ille Jacob ꝑ
figuram. Terribilis eſt locus
iſte Nō eſt hic aliud niſi dom⁹
dei ꝛ porta celi Gene. xxviij.
¶ Nota ꝙ hoc nomen eccle
ſia dicitur de quinqꝫ rebus ſa-
cris. Aliquando enim dicitur
eccleſia domus materialis in q̄
deus colitur ꝛ fidelis populus
congregatur. vnde ꝛ thaberna-
culum ꝛ templum ī veteri teſta
mento aliquando dicebātur ec
cleſie. iuxta illud pſal. In eccle-
ſijs benedicite deo. multo forti⁹
ille que ad hoc temp⁹ gratie de
dicantur. Aliquando dicitur ec
cleſia vniuerſitas militās. que
vulgato noīe eccleſia militans
appellatur Eccleſia eñ grece idē
eſt qꝺ ꝯgregatio latine. ꝛ ꝑ quā
dam anthonomaſiā aꝓpriatū ē
illꝺ vocabulū mō cuicūqꝫ cōgre
gatōi fideliū. de iſta ꝯgregatōe
dicit apl'us quibuſdam epiſco
pis. ſicut habet̄ actuū. xx. Atten
dite vobis ꝛ vniuerſo gregi in
quo vos ſpūſſctūs poſuit epi-
ſcopos regere eccleſiā dī. quā ac
qſiuit ſāguine ſuo ꝛc̄. ꝛ illꝺ etiā
Math. xvj. Sup hāc pe. edi. ec
cleſiā meā. Nec mirū ꝙ cōgre-
gatio xpiano ꝑ dicit̄ eccleſia. qꝛ
etiā ꝯgregatio ꝓpl'i iſrl'itici iter-
dū vocat̄ eccl'a. ſic. iij. Re. viij.
Dīs eccleſia iſrael ſtabat ſup.
cū tēplū dedicabat̄. ꝛ in multis
alijs locis. Aliqñ etiā dicit̄ ec-
cleſia ſtat⁹ ſacerdotalis. vñ di-
xit xp̄s. ſic̄ habet̄ Math. xviij.
Si non audierit te ille qui pec-
cauit ī te poſtq̄ꝫ adhibitis duo
bus teſtibus ipſuꝫ corripueris
dic eccleſie id eſt prelatis. vnde
et vſus inoleuit ꝙ ſoli prelati ꝛ
miniſtri altaris dicunt̄ eccleſia.
verumtamen iſta tertia non di
ſtinguitur a ſecunda. niſi ſicut
caput a corpore. prelati enim in
cluduntur in ipā congregatio-
ne fidelium ſicut caput. ſūt eñ
ipſi pars eminentior corporis
myſtici ideo nomine eccleſie ap
pellantur. Aliquando etiam di
citur eccleſia domus eternalis.
celum ſcilicet empireuꝫ. de qua
domo dicitur in pſalmo. Beati

qui habitant in domo tua dñe ⁊c. De iſta domo poteſt intelligi illud verbum pſal. Cantate domino canticũ nouũ: laus ⁊c. Aliqñ etiã dꝛ eccl'a triũphans. de qua dicit apl'us ꝙ eſt glorioſa eccl'a: nõ habens maculã: neqꝫ rugam:

## Item in dedicatione templi
## Sermo ſecũdus

Ecce ego iohãnes ⁊c. U Hic preſens lectio incipit. que poteſt diuidi ĩ tres partes. Dicit enĩ Deuteř. xvij. ⁊. xix. ꝙ in oꝛe duoꝝ vel triũ ſtat omne teſtimoniũ. Idcirco iohannes ꝯfirmat ea q̃ vidit de gl'a ſctõꝝ triplici teſtimonio. Primo q̇dem teſtimonio ſui qui hãc viſionẽ vidit. cũ dicit [Ecce ego iohãnes] Scdo teſtĩonio patrũ q̇bꝫ deꝰ reuelauit: ibi [⁊ audiui vocẽ] Tertio teſtĩonio dei q̇ hãc viſionẽ oñdit. ĩ fine lcõis [Et dixit q̇ ſedebat in thꝛono]

Circa p̃mũ ſciendũ ꝙ ipm̃ teſtimoniũ iohãnis exponitur p̃ncipal'r de triũphante eccleſia Exponi ãt p̃t ſecũdario de militante. De triũphante eccl'a tangit. vij. nobiliſſimas ꝯditiões. q̃ꝝ quelibet eſt ĩ ea ꝑfectiſſime. q̃ꝝ p̃ma eſt vnitas. ſcda firmitas. tertia trãq̃llitas. q̃rta incoꝛruptibilitas. q̇nta hũilitas. ſexta interioꝝ gl'e nobilitas. ſeptima exterioꝛ claritas ⁊ venuſtas Propter vnitatẽ q̃ ĩ illa gl'ioſa eccl'a eſt ꝑfectiſſime. dicit Ioh. [Ecce ego iohẽs] Cuiꝰ q̇dẽ teſtimoniũ ẽ credibile nimis. q̇a nõ aſſero niſi viſa: iõ dic̃ [vidi] ſup. ocul' mẽtalibꝫ factꝰ in ſpũ. [ciuitatẽ]. i. ſuꝑnoꝝ ciuiũ vnitatẽ [Ciuitatẽ] q̇dẽ. i. triũphantẽ eccl'aꝫ ſub vna lege viuenteꝫ. ſub vno rege degentẽ. vno cibo fruentẽ. in vno libꝛo legentem. vna luce fulgentẽ. vno ſpũ volẽtem. ⁊ vna laude letantẽ. Hec ẽ iſta ciuitas de qua dꝛ Iſaie. xix. Ciuitas ſolis vocabitur vna:

Propter firmitatẽ autẽ eiꝰ addit [ſanctam]. i. ſtabilem et firmã. Sanctũ enĩ vno modo idẽ eſt qd̓ firmũ ⁊ ſtabile. illa ãt ciuitas ẽ firma ⁊ ſtabil'. dicit ḡ [ſanctã]. i. firmã ſtabilẽ ⁊ ſecurã. qꝛ tũc erit certa ꝙ ñ poterit nec in ꝑte nec in toto a ſuo ſpõſo ſeꝑari. Uñ yſa. xxxij. Sedebit ꝑꝑl's meꝰ in pulchꝛitudine pacis. in tabernaculis fiducie. ⁊ in requie opulenta. Hec eſt illa ciuitas ⁊ illud templum gl'e qd̓ eſt ſanctuꝫ. de q̃ Daniel'. iij. Uel [ſanctã]. i. oĩno mũdã: nõ habentẽ maculã: neqꝫ rugã. ad Eph. v. vt in h̃ vocabulo nõ ſolum notet̃ firmitas: verum etiã ⁊ puritas ſũma ¶ Propter tranquillitatẽ ãt ſubdit [irl'm]

interpretat͛ em̄ viſio pacis. vn̄
glo. Irl'm ir. om̄i quiete ꝛ pace
poſitã. ꝛ deũ. qui eſt vera pax.
videntẽ. tunc em̄ nichil erit qḋ
ei⁹ pacem ꝑturbare poſſit. Iſa.
xxxv. Nõ erit ibi leo. ꝛ mala be-
ſtia nõ aſcendet ꝑ eam. nec inue
nietur ibi. ſibi enim ḋr in pſal.
Poſuit de⁹ fines tuos pacem.
Propter incorruptibilitatẽ au
tem illi⁹ ciuitatis ꝛ ſuoꝝ ciuiũ
ſubiungit [nouam] id eſt. om
nino ĩnouatã. et vetuſtate tam
culpe q̄ȝ pene penitus ablata.
.j. ad Corꝫ. xv. Oportet morta
le hoc induere immortalitatẽ
In illa enim ciuitate non erit
niſi nou⁹ homo: cui ꝑ ꝓphetaȝ
ḋr in pſal. Renouabit͛ vt aqui-
le iuuentus tua. Sed pro-
pter ei⁹ ꝑfectiſſimã recognitio-
nẽ ꝛ reuerentiã qua oĩno ſubij-
ciet ſe deo. addit [deſcendentẽ
de celo] ſup. per recognitõem.
quia recognoſcit ſe habere q̇c-
quid boni habet nõ a ſe: ſed a
deo. Supra enim quarto dicit͛
de ſanctis. q̄ mittebant coro-
nas ſuas ante thronũ domini
dei ſui recognoſcentes. ſup. om
nia bona ſua ab eo ſe hr̄e. Pro
pter interioris aũt glorie nobi-
litatem addit [a deo parataȝ]
ſup. glorioſis aĩaꝝ dotibꝰ. que
ſunt viſio. tentio. dilectio. frui-
tio. in quibꝰ ꝯſiſtit eſſentia bea
titudinis. De quo quidẽ appa
ratu ḋr s̄. xix. Uxor agni pre-

parauit ſe. i. vt a deo prepararet͛
glorioſis dotibus diſpoſuit ſe.
Ipſa em̄ diſponendo ſe ꝑ meri
ta quodãmodo preꝑauit ſe. Il
la tñ preparatio eſt effectiue a ḋo.
iuxta illud ps̄. Paraſti in dul
cedine tua pauperi de⁹. Et ꝓme
ad Corꝫ. ij. Oculus non vidit:
nec auris audiuit: nec in cor ho
minis aſcendit q̄ preꝑauit de⁹
diligentibꝰ ſe. y Sed pro
pter exterioris glorie claritatẽ
ꝛ venuſtatẽ. q̄ ab ĩteriori ꝛ ſub-
ſtantiali gl'a: ſm Augu. redun-
dabit in corꝑa. iuxta illḋ pſal.
Om̄is gloria eius filie reg̃ ab
intus. beat⁹ Johãnes cõcludit.
[ſicut ſpõſam ornatã viro ſuo]
.i. ad ornatũ viri ſui. vel ſic̄ de-
cet virum ſuum. Uel ſicut de-
cet virũ ſuũ. ſ. xp̄m. vel deũ tri-
nitatẽ. Ille ornat⁹ fuit figurat⁹
in ornatu ipſi⁹ Heſter. de q̄ ḋr
Heſter. v. Bene ergo ḋr in ps̄.
de ſuꝑna ciuitate. Glorioſa di-
cta ſunt de te ciuitas dei. Et de
ornamentis iſtis vltimo dictis
exponi poteſt illud quod dicit͛
Iſaie. lij. Induere veſtimẽtis
glorie tue irl'm ciuitas ſancti.
ſup. viri tui. qui eſt ſanct⁹ ſan-
ctoꝝ. Secũdo aũt exponi poſ-
ſunt om̄ia iſta de eccleſia mili-
tante. q̄ eſt ciuitas ꝓpter ciuiuȝ
ſuorũ multiplicẽ vnitatẽ. prin
cipaliter aũt fidei ꝛ euangelice
legis. Ipſa em̄ eſt ciuitas dñi
virtutũ. de qua in pſal. Et ipſa

eſt illa ſpōſa virgo caſta deſpon
ſata xp̄o. de qua. ij. ad Coꝛ. xj.
Et ipa ē ciuitas ſancta. pꝛopter
puritatem quā habet reſpectu
ſynagoge. ⁊ ꝓpter firmitatē. Eſt
em̄ fundata ſuper fundamentū
aploꝝ ⁊ ꝓphaꝝ. qđ eſt xp̄s. ad
Ephe. ij. Jpſa etiā eſt irl'm. ꝓpt̄
pacem ⁊ trāquillitatē quam hꝫ
q̄ꝫuis impfecte in compatōe ad
ſupnā pacē. Jpſa etiā eſt locus
dei. de quo đr in pš. Jn pace fa
ctus eſt locꝰ eius. Jpſa etiaꝫ eſt
noua. ꝓpter ſpūalez innouatio-
nē. filijs em̄ eiꝰ đr in Leuiti. xxv.
cap̄. Nouis ſupueniētibꝫ vete-
ra ꝓijcietis. vel noua ꝓpter pꝛe
ceptoꝝ: ꝯſilioꝝ: ⁊ ſacramētoꝝ
nouitatē. om̄ia em̄ iſta ſunt no
ua reſpectu eoꝛū q̄ erāt in vete-
ri ſynagoga. Jnduit em̄ eccl'ia
nouū hoīem. ſ. ieſum xp̄m. Ad
Ephes. iiij. đr nobis. Jnduite
nouū hominē. Jpſa etiā eſt de-
ſcendens de celo ꝓpter gratiam
baptiſmalē. q̄ ipſam initiauit ⁊
ꝑ quā hꝫ victoꝛiā vicioꝝ. ⁊ que
deſcendit de celo. qꝛ virtus ce-
leſtis. i. diuina ipſam infundit.
ſic exponit Augu. iſtud deſcen
dere de celo. xx. de ciuitate dei.
ca. xvij. Jpſa etiā eſt a deo para
ta ꝑ optimū exercitiū ⁊ ſtrēnui
tatē: q̄bꝫ parat ſe ad obuianduꝫ
⁊ occurrendū ſponſo. de qua ob
uiatione đr Ecce ſponſus ve-
nit: exite obuiā ei. Matth. xxv.
Jpſa etiā eſt ſpōſa oꝛnata ſup.
gratijs ⁊ virtutibꝫ: ſicut decꝫ vi
rū ſuū. De iſto oꝛnatu qui ni-
hil aliud eſt q̄ꝫ decoꝛ virtutum
⁊ moꝝ cōpoſitio. dicit̄ Math.
xxv. oꝛnauerunt lampades ſu
as. Jſta igitur pꝛima particula
p̄ntis epiſtole exponitur pꝛin-
cipaliter de eccleſia triūphante
ſicut patuit. Exponi etiam po
teſt de eccleſia militante. quā-
uis nō ſic ꝓpꝛie ſicut de trium-
phante. ¶ Sequit̄. [Et au
diui vocem magnam] Ubi po
nit Johannes ſcđm teſtimoniū
ꝑ qđ vult ꝯfirmare ea q̄ vidit đ
gloꝛia ſanctoꝝ. ſ. teſtimonium
ſanctoꝛū patrū q̄bꝫ deꝰ reuela-
uit. Eſt aūt ſciendum ꝙ in iſta
particula ly tabernaculū p̄t ac-
cipi ꝓ coꝛꝑe xp̄i vero. ⁊ tunc ex
ponitur hec ſecūda ꝑticula pꝛi
mo de eccleſia triumphante. et
ſcđo de militante. Poteſt etiā
accipi tabernaculū ꝓ coꝛꝑe vir-
gineo matris ſue. ⁊ tūc exponi
tur p̄mo de eccleſia militante.
⁊ ſcđo de triumphante. Uel po
teſt accipi tertio ꝓ eccl'ia mate-
riali. de cuiꝰ ꝯſecratōe annua ſo
lēnitas celebꝛatur. Accipiendo
igitur tabernaculū p̄mo modo
ſcꝫ ꝓ coꝛꝑe xp̄i vero. qđ eſt ideꝫ
tabernaculū. quod apl'us vo-
cat f̄m vnā expoſitōem ampliꝰ
⁊ ꝑfectiꝰ nō manufactum. id eſt
nō huiꝰ creatōis. ad Hebꝛe. ix.
et de quo etiaꝫ đr in pſal. Jn cir
cuitu eiꝰ tabernaculum eius. i.

in circuitu verbi increati corpꝰ
eius. Dicit ergo ſic primo. [Et
audiui ]ſup. aure interiori [vo
cem magnā ] .i. ammonitionē
ſeu atteſtationē ꝓpheticā. que
dr̄ magna. vel quia a magnis:
vel qr̄ de magnis. i. de celeſtibꝫ
[de throno ] id eſt. procedentē
ab illis in quibꝫ deus ſedet. vo
cem quidē [dicentem. Ecce ta-
bernaculū dei ] id eſt. corpꝰ xp̄i
verū. vel etiā eiꝰ humanitas to
ta [cum hominibꝫ ] ſup. eſt in
gl'a. cū q̇bꝫ ante militauit ī ter-
ra. ſic em̄ xp̄s homo cū ſanctis
habitauit in terra: ita ſemꝑ ha
bitabit cū eis in gl'a. vn̄ ſequit̄.
[Et habitabit cū eis ] vt ſup.
dn̄s cum famulis: ⁊ rex cū mi-
litibꝫ ſuis. Unde Ezech. vltio.
Nomen ciuitatis ex illa die dn̄s
ibidem. [Et ipſi populus meꝰ
erunt ] glo. in nullo eum offen-
dentes. qđ nō poteſt eſſe in via.
Eccl̄s. vij. Nō eſt hō iuſtꝰ in ter
ra q̇ faciat bonū ⁊ nō peccet [Et
ipſe deus cū eis ]ſup. apparens
manifeſte ſm̄ vtrāqꝫ naturam
diuinā. ſ. ⁊ hūanā [erit eorū dn̄s ]
ſup. ſm̄ rem ⁊ veritatē ⁊ apparē
tiā. qr̄ nūq̄ recedent ab eo: nec
ipſe ab eis. Que oīa ſumpta
ſūt. xxvj. c. Leuiti. vbi dicit ſic.
Ponā tabernaculū meū in me
dio veſtri. ⁊ nō abijciet vos aīa
mea. Ambulabo iter vos: ⁊ ero
veſter deꝰ: voſqꝫ eritis meꝰ ꝓpl's.
Dicit autem tabernaculū. non
quia in patria ſit neceſſitas mi
litandi. tabernaculū em̄ ꝓpe
eſt domꝰ militantiū. ſed hoc di
citur ad innuendū ſummā fa-
miliaritatem que erit inter de-
um et homines ſanctos. ſicut
ſolet eſſe inter regem et milites
qn̄ ſunt in expeditione pugne.
Hoc eſt itaqꝫ tabernaculū. de
quo dr̄ cuilibꝫ btōrū Iſa. xxxiij.
Oculi tui videbūt tabernacu-
lū qđ nequaq̄ trāſferri poteri
⁊c̄. Et nota ꝙ q̄uis humani-
tas chriſti glorioſa ſit nunc ve
re cum aliquibꝫ hominibus in
gloria: qui forte ſunt ibi ſm̄ ani
mā ⁊ corpꝰ. ſaltē certum eſt ꝙ
ſunt ibi ſm̄ animas. iſta tamē
verba exponunt̄ ꝓprie de huma
nitate xp̄i glorioſa. ꝓ tꝑe iſto qđ
erit poſt iudiciū. ⁊ ſic Johānes
p̄ncipaliter itellexit. A Di
cit etiā ſcđo exponēdo de eccl'ia
militante [Ecce tabernaculū
dei ].i. corpꝰ xp̄i verū. ymmo et
humanitas eius tota eſt [cum
hominibꝫ ]ſup. in eccleſia mili
tante. Quod quidem fuit verū
quando fuit natus ipſe de vir-
gine. ⁊ q̄diu fuit in terra cōuer
ſatꝰ. Baruch. iij. dr̄ In terris vi
ſus eſt. et cum hominibꝫ ꝯuerſa
tus eſt. De hoc loquit̄ iſte idem
Johānes cū dicit. Uerbū caro
factum eſt. ⁊c̄. Joh. j. Et certe
ipſe chriſtus ex quo fuit factus
homo. fuit ſpecialiter deus fi-
delium. et fideles ſunt pecu-li

ris populus eius. Accipiendo
autem ſecundo modo taberna
culū pro corpore virgineo ma-
tris xpī. quod eſt illud taberna
culum de quo in pſal. ðꝛ. San
ctificauit tabernaculum ſuum
altiſſimꝰ. exponuntur iſta ver-
ba primo de eccleſia militante:
ſub iſto ſenſu [ecce tabernacu-
lum dei] id eſt. virgo beata. q̄
ſm corpus et animā fuit taber
naculum dei [cum hominibꝫ]
ſupple fuit in terra a die ſue na
tiuitatis vſqꝫ ad mortem. Uel
ſic quantū ad triumphantez ec
cleſiam. [Ecce tabernaculum
dei] id eſt. virgo beata eſt [cum
hominibus] ſupple ſanctis in
gloria. Quod fuit verificatum
quando ipſa (vt pie creditur)
fuit in corpore ⁊ anima in celis
glorificata. Et certe ipſius me
ritis ⁊ precibus ipſe chriſtꝰ ha
bitat cum fidelibus. quos ſpe-
ciali modo inhabitat per gra-
tiam. et ipſi ſunt ſpecialis po-
pulus eius. Accipiendo autez
tertio modo ly tabernaculū pro
eccleſia materiali exponuntur
ſolum iſta verba de eccleſia mi
litante. de quo vno modo expo
ni poteſt illud verbum pſalmi.
In ſole. id eſt. in eccleſia militā-
te. que eſt illa mulier amicta ſo
le. de qua Apocal'. xij. que po-
ſuit tabernaculum ſuum in ec-
cleſiam materialem. Exponun
tur autem ſub iſto ſenſu [Ecce
tabernaculum dei] id eſt. eccle
ſia materialis eſt [cum homi-
nibus] ſupple qui ſunt mem-
bra eccleſie militantis. In quo
quidem tabernaculo chriſtus
habitat cum fidelibus ſacra-
mentaliter. et in quo etiam eſt
ipſe deus fidelium. quia in co
parcit ſepe peccatis eorum. et
quia oratōnes exaudit. propter
que etiam ipſi fideles efficiun-
tur deuotior ⁊ peculiarior popu
lus eius. B Sequit̄ quan
tum ad iſtud etiam ſm teſtimo
nium. [Et abſterget deus ⁊c.]
que quidem verba ſm Augu-
ſtinum. xx. de ciuitate dei. capi
tulo. xvij. exponi nō poſſunt ali
qualiter niſi de eccleſia trium-
phante. propter quod apparet
ꝙ principalior eſt totius illius
epiſtole expoſitio ꝑma. vñ dicit
ſic ſe continuans. [tabernacu-
lum dei]. i. humanitas xpī glo-
rioſa eſt ⁊ erit ſup. poſt iudiciū
[cū hominibꝫ glorificatis ī pa-
tria ⁊c. ſicut prius [et] tūc ſup:
[abſterget deus omnez lachry-
mam] id eſt. omnē lachrymādi
cauſam. id eſt. omnem miſeriā
tam culpe q̄ȝ pene. ꝙ ibi nō erit
luctus vbi erit plena gloria [et
mors vltra non erit] ſupple in
celo. nec etiam in inferno. ſi ſu-
matur hic mors ſicut dicit glo
ſa: pro diſſolutione corporis et
anime. accipiendo tamen mor-
tem ꝓ pena grauiſſima que erit

perpetua:erit vtriqꝫ mors in in
ferno.in celis autẽ erit vita op
poſita.i.delectatio infinita.tũc
enĩ erit verũ verbũ aplĩ.j.ad co
rinth.xv.abſorta eſt mors ĩ vi
ctoria[neqꝫ luctꝰ]vllus erit ibi
qꝛ nulla cã lugendi erit in celo
Quattuor eñ de cauſis. dicit
Rabanus.lugẽt hic ſancti. vel
cũ deplorãt pctã ꝓpria.vel cum
etiã pctã aliena.vel qꝛ credunt
multos ad infernũ deſcẽdere.
plagunt etiã ⁊ lugẽt q̃rto ꝑ di-
latione gl'ie ⁊ ꝓlongatiõe pre-
ſentis miſerie Nullũ aũt iſtoꝝ
erit in patria. q̃re nec luctꝰ ali-
q̃s erit ibi. cũ ſepe dicat̃ de infer
no, vbi erit fletꝰ ⁊ ſtridor denti
um.ſic̃ Math.viij.⁊.xiij.[neqꝫ
clamor]ſup.erit ibi ꝓpter timo
rẽ vel incurſũ hoſtiũ [neqꝫ do-
lor erit vltra]ſup.in celo ꝓpter
alicuiꝰ bõi defectũ. Ibi eñ erit
oĩm bonoꝝ aggregatio ꝑfecta
[q̃ ꝑma abierũt].i.q̃ꝫtũ ad ſan
ctos finita vita trãſierũt. ĩ hac
eñ vita fuerũt in lacrimis. ĩ lu
ctu ⁊ clamore cordis ⁊ oris. in
dolore multiplici.ſꝫ ab hac vi-
ta ꝑ mortẽ exiuerũt. Sꝫ q̇d. pꝰ
iudiciũ erit verũ dicere q̃ꝫtũ ad
ſanctos q̃ ꝑma abierũt: ſꝫ in dã
natis ꝑpetuo ꝑmanebũt. Se
quit̃[Et dixit q̇ ſedebat ĩ thro
no] Ubi ponit iohãnes bonuꝫ
teſtimoniũ ꝯfirmatiuũ eorũ q̃
vidit de gl'ia ſctõꝝ.ſ. teſtimoni
um dei q̇ hec oĩa oñdit.dicens.
[Et dixit qui ſedebat in thro-
no].i.xp̃s dominus.vl' etiã de
us trinitas.qui in ſanctis ſuis
ſedet ⁊ q̇eſcit.ſicut in throno ſu
o.[dixit]quidẽ ꝑ angelum mi
hi Johãni fuo ſuo.[Ecce no-
ua facio omnia]ad litterã tunc
mũdꝰ innouabit̃. tunc omnis
vetuſtas abijcietur a ſãctis ho-
minibꝫ.⁊ gl'e nouitas ab aĩabꝫ
gl'oſis ĩ corpa redũdabit. Tũc
enim exhibebit ſibi xp̃s nouaꝫ
ſuã nuptã.i.gl'ioſã eccl'iaꝫ.non
habentẽ maculã neqꝫ rugam.
ſicut apoſtolꝰ dicit ad Eph.v.

## Itẽ ĩ dedicatione tẽpli.
## Sermo tertius

Ecce taber
naculũ dei cum homini
bus ⁊c̃. vbi ſupra apoc̃.
xxj. E Celebrãtibꝫ dedica
tionem ſeu dedicationis feſtuꝫ
alicuiꝰ materialis eccl'ie. puta
baſilice ſaluatoris. vel baſilice
aplõꝝ petri ⁊ pauli. q̃ ſunt in
vrbe ſeu cuiuſcũqꝫ alterius id ẽ
vbicũqꝫ ſit in eccl'ia militante.
ꝓponit Johãnes diuiniſſimus
ꝑ ipſo feſto dedicationis verbũ
iſtud. Ecce thabernaculum dei
.i.eccl'ia materialꝭ. q̃ eſt dei ta-
bernaculum.ẽ enĩ thaberna ip
ſiꝰ.⁊ cella vinaria.in q̃ ſacramẽ
tales gratias deꝰ ipſe ꝑ ſacerdo
tẽ miniſtrũ diſpẽſat. Iſtud dic̃

tabernaculũ eſt ſup. cum homi-
nib⁹. de cuius q̃dem dedicatõe
celebrãt ipſi homines maximũ
feſtũ. Et eſt ſciendũ q̃ iſtud ṽ-
bũ ẽ excitatiũ ſopite ĩterne ꝺuo-
tionis. Indicatiuũ ĩmenſe di-
lectiõis Confoꝛtatiuum ĩfirme
cõdiciõis. Pꝛĩo dico verbũ
iſtꝺ eſt excitatiuuꝫ ſopite inter-
ne ꝺuotionis. qñ ſup: eſt ſopita
ꝓpter mũdanas occupationes
qñ dicit Ioħ. de materiali ec-
cleſia. Ecce taber. dei. ⁊c. Reue-
ra hoĩes indeuoti ⁊ ingrati de-
bent excitari ad deuotionẽ ⁊ ad
laudẽ dei. qñ dicitᷣ eis q̃ de⁹ in
altis. i. in celis habitat: habet ĩ
terra habitaculũ ſuũ dedicatuꝫ
nouũ. in quo deus vult lauda-
ri ⁊ benedici. nomẽq; ſuũ ſctĩfi-
cari a fidelib⁹ inuocari. ⁊ hoc ꝓpõit
hic ioħes. di. Ecce tabernacl'm
dei. excitetᷣ ergo ꝺuotio nr̃a ad
laudandũ et benedicendũ deũ
Hoc em̃ aduerbiũ ecce eſt ħ ex-
citatiuũ. ſicut in pſ. cũ ꝺꝛ. Ec-
ce nunc bñdicite dñm: oẽs ſer-
ui dñi. Qui ſtatis in domo do-
mini ⁊c. q̃ ṽba pñt hic ꝓꝑꝛie ap-
plicari. Hec em̃ eſt illa domus
in qua habitãt hoĩes q̃ ſũt vni-
us moꝛis ⁊ vni⁹ ꝓfeſſiõis. Que
quidem inhabitatio nõ eſt ſine
dei virtute. iuxta illud pſ. De-
us in loco ſancto ſuo: deus q̃ in-
habitare facit vnius moꝛis in
domo. D Secundo dico
iſtud verbũ eſt indicatiuũ ĩmẽ-
ſe dilectionis. ſcilꝫ diuine. cum
addit. cũ homib⁹. Summa eñ
eſt dei dilectio ⁊ caritas nimia
quã habet ad hoĩes. Ipe em̃ ex
caritate nimia voluit videri in
terris. ⁊ cõuerſari cum hoĩbus
iuxta illꝺ Baruch. 3. In terr; vi-
ſus eſt. ⁊ cũ hoĩb⁹ ꝯuerſatus ẽ.
Poſtq̃ȝ aũt terrã coꝛpaliter de-
ſeruit. ⁊ in celũ aſcendit: noluit
homines dimittere: ſed voluit
in terris fieri materiale tabna-
culum. in quo ipſe eſſet cũ ho-
minib⁹ ꝑ grãm ⁊ ſacramenta-
lem exiſtentiã ⁊ efficaciaꝫ vſq;
ad ꝯſummationẽ ſeculi. Iuxta
illud quod ipe dixit apoſtolis
aſcẽſurus in celũ Math. vlti.
Ecce ego vobiſcũ ſum omnib⁹
diebus vſq; ad ꝯſummationeꝫ
ſeculi. Uex eſt igitᷣ quod ipe di-
cit Prouer. viij. Delicie mee cũ
filijs hominũ. Immẽſa eſt igitᷣ
iſta dilectio qua deus dilexit ⁊
diligit homines. Ipſe em̃ volu-
it ex hominib⁹ gl'iari. ſup. ſm
carnẽ. cum homib⁹ cõuerſari.
ſup. coꝛpaliter ⁊ tpaliter. ꝓ ho-
minibus ĩmolari. ſup. in cruce
Ipſe etiã vult inter hoĩes habi-
tare. ſup. in tabernaculo mate-
rial' eccleſie Eſt ergo ṗmo iſtud
verbũ excitatiuũ ſopite inter-
ne deuotionis. Eſt et ſecundo ĩ-
dicatiuum infinite dilectionis
Tertio dico q̃ eſt confoꝛta-
tiuum infirme condicõis. ſup-
ple hominũ viatoꝛum. Infir-

mi enim ſumus omnes ⁊ fragi
lis condicionis. proni quidem
ad mala. ⁊ tardi ad bona. et cir
cũſepti mlt̄ꝭ hoſtibus. q̄b quã
tum eſt in nobis reſiſtere nõva
lemus. Sed cum audimus ꝙ
deus ipſe qui eſt potentiſſim⁹
eſt eñi omnipotens nomẽ eius
Exodi. xv. ca. ⁊ cuius volunta
ti nulla creatura poteſt reſiſte-
re: habitat nobiſcum. ſicut b io
hannes dicit. ⁊ habitabit cum
eis: certe qui infirmi ſunt: de-
bent accingi robore. ⁊ qui timi
di ſunt: debent timorem depo
nere. ⁊ audaciam recipe: ac ho-
ſtibus reſiſtere cum virtute di.
Filius eniꝫ dei carne aſſumpta
habitauit cum hominibus cor
poraliter quaſi triginta tribus
annis. iuxta illud Johan. p̄mo
Uerbum caro factũ eſt. ⁊ habi-
tauit in nobis. Sꝫ poſtq̄ꝫ aſcẽ
dit in celum. ⁊ ſi deſijt habita-
re cum homĩb⁹ corpaliter. non
tamen deſijt habitare cum eis
virtualiter ⁊ ſacramẽtaliter: ĩ-
mo habitat ⁊ habitabit vſqꝫ in
finem ſeculi per gratiã ⁊ ſacra
mentalẽ exiſtentiã. ⁊ habitabit
eternaliter per gl'iam cum hoĩ-
bus electis. Eccleſia eñi fideliũ
eſt ille mons. de quo in pſalm̄.
dicitur. Mõs in quo benepla-
citum eſt deo habitare in eo: et
enim dominus habitabit in fi
nem. id eſt. ſine fine. quantum
ad homĩes electos. Eſt ergo ter
tio iſtud verbum confortatiuũ
infirme condicionis. Debent
enim confortari cum audiunt
ꝙ deus habitat cum eis. ſicut
pater cum filijs. ſicut rex cum
focijs. ſicut magiſter cum diſci
pulis. et ſicut amicus cum a-
micis. Dicitur ergo. Ecce tab-
naculũ dei cum hominibus. et
habitabit cum eis. ⁊ ip. ⁊c̄.

C Circa primum debem⁹
hic videre duo de tabernaculo
materialis eccleſie. Primo de-
bemus conſiderare materialiſ
tabernaculi debitam venerati
onem. Jdcirco enim dedican-
tur vt deinceps nullis applicẽ-
tur vſibus: niſi diuinis. Hanc
enim venerationem exigit ma-
terialis eccleſia potiſſime con-
ſecreta vt nihil fiat ibi: niſi q̄d
ad laudem eſt et honorem veri
ſacrificij et ad ſalutem ⁊ vtilita
tem chriſtiani populi. ſicut ille
dicit in pſalmo. Circuiui et im
molaui in tabernaculo ei⁹ ho-
ſtiam vociferationis cantabo:
et pſalmum. ⁊c̄. Nõ enim de-
bẽt in ea exerceri mundana ne-
gocia. non teneri placita. nec
mercata. Chriſtus enim eiecit
bis in templo ementes et ven-
dentes: etiam illa que erant ne
ceſſaria in ſacrificijs illius tẽ-
porꝭ. ſicut clare habetur Mat
thei viceſimoprimo capitulo.
et Johãnis ſcd̄o di. Dom⁹ mea
domus orõnis vocabit̄. vos ãt

feciſtis illā ſpelūcam latronuz
multo min⁹ dn̄t ibi eē ſmones
fabuloſi. ludi iocoſi. verba tur-
pia. ꝛ vilia fcā. hanc ergo vene-
ratione exigit marial' eccl'ia. vt
ſolū fiant in illa que dicta ſunt.
Oratoriū enim dicit Aug⁹. ab
orando dicit'. ꝛ ꝑ hoc datur in-
telligi ꝙ in eo nihil dꝫ fieri qđ
deuotas p̄ces orātiū impediat
ꝛ impedire poſſit. alias ex do-
mo dei dicit' fieri ſpelūca latro
num. Querit enim ꝓpheta in
p̄s. d. Domine quis habitabit
in tabernaculo tuo aut quis ꝛc̄
Reſpōdēs ſubdit. Qui ingre-
dit' ſine macula ꝛc̄. Si eniꝫ nul
lus hītat digne in tabernaculo
dei niſi qui ingredit' ſine macu
la. ꝛ opatur iuſticiā. multo mi
n⁹ī eo digne hītat q̇ p⁹ ꝗꝫ ingreſ
ſus fuerit: ſe ipſum verb' ꝛ fact'
maculat. ꝛ opat' iniuſticiā. di-
cit enim propheta alibi in p̄s.
ꝙ domum dei decet ſanctitudo
in lōgitudine dieꝝ. felix eſt igit'
ille qui poteſt dicere illud aliđ
verbum p̄s. Domine dilexi de-
corem domus tue: ꝛ locum ha
bitationis glorie tue. Et certe
ille glorioſus princeps conſtā
tinus ideo multis ꝓuilegijs do
tauit marfiales eccleſias. vt ſꝑ
in digna veneratōne habeātur.
Et nimirum ſic quilibet debet
diligere ꝛ ſeruare decorem ꝛ ho
norem iſtius thabernaculi: ſi-
cut ipſe in p̄s. dicit alibi. Quaꝫ
dilecta thabernacula tua domi
ne ꝛc̄. ¶ Secundo debem⁹
conſiderare material' taberna-
culi myſticam ſignificationem
Iſtud enim materiale thaber-
naculum ſignat quītuplex ta-
bernaculum. de quib⁹ debem⁹
cōſiderare iugiter. p̄cipue cum
celebram⁹ dedicationis feſtum
Signat enim thabernaculum
virginale. in q̄ dei fili⁹ habita-
uit corꝑaliter ꝛ temporaliter. ſ.
virginē matrē ſuam. de q̄ dicit
ipa Ecci. xxiiij. Qui creauit me
requieuit in tabernaculo meo.
Signat etiam thabernaculuꝫ
ſingulare. in q̄ habitat dei fili⁹
ꝑſonaliter id ē qđ ſibi vniuit ꝑ
ſonaliter. ſ. humanitatem ſuam
quam vocat apoſtol⁹. ſecūduꝫ
vnā expoſitionē. ad heb. ix. tha-
bernaculum ampli⁹ ꝛ ꝑfecti⁹.
et non manufactū. i. humano
opere fabricatum. De iſto etiaꝫ
thabernaculo dicit ꝓpheta ī p̄s
Thabernaculū eius in circui-
tu eius. ſignans ad litteram di
uinitatem. Signat etiam tha-
bernaculum generale. in q̄ chri-
ſtus ſemper habitat virtualiter
ꝛ ſacramentaliter. ſcilicet eccle
ſiam militantem. de qua poteſt
exponi pſalmus In ſole poſuit
thabernaculum ſuum. In ſole
quidem id eſt in ſplendore fiđi
ꝛ feruore dilectionis. De h̄ etiā
dicebat quilibet vir iuſtus in
veteri teſtamēto illđ p̄s. Trāſ-

ſbo in locuꝫ tabernaculi admi
rabilis vſqꝫ ad domū dei. Si-
gnat etiā tabernaculum eterna
le. in quo deus apparet ꝑncipa
liter. ⁊ videtur facialiter. ac ha-
bitat cum ſanctis familiariter
⁊ ipe cum eo feliciter. Illud eſt
tabernaculū. de quo dicit apo-
ſtolus ad Hebreos. viij. ꝙ ip-
ſum fixit deus. ⁊ nō homo. In
iſto autem tabernaculo ſūt mľ
ta tabernacula. id eſt multa pre
mia ſm diuerſa merita. de qui
bus habetur Luce. xvj. Facite
vobis amicos de māmona ini-
quitatis: vt cum defeceritis re
cipiant vos in eterna taberna-
la. Signat etiā tabernaculum
ſpūale. ī quo deus habitat ſpi-
ritualiter per grām. ſ. mentem
humanā. in qua deus libenter
habitat. libēter cenat. ⁊ dormit
et penſat. Et de iſto tabernacu
lo qꝫ maxime debemus conſide
rare maxime in iſtis feſtiuitati
bus dedicationū. quia ſm Au
guſti. in quodā ſermone. Quo
tienſcunqꝫ feſtiuitatē templi vľ
altaris celebramus: ſi fideliter
ac diligenter attendim⁹: ſi iuſte
ac ſancte viuimus: quicquid ī
templis manufactis agitur: to
tum in nobis ſpūali edificatōe
completur. Non enim menti-
tus eſt ille qui dixit. Templuꝫ
dei ſanctum eſt: quod eſtis vos
ꝑma Corinth. iij. Unde illa. xij
que fiunt per epiſcopos in de-
dicationibus eccleſiarū materi-
rialium ſignant alia duodeciꝫ
que ſpiritualiter debent fieri in
tabernaculo mentis noſtre. ſic
notaui ſuperius in ſanctorali
maiori in feſto purificationis
ſuꝑ iſto verbo epiſtole. Veniet
ad templū ſanctū ſuum. Ideo
ſm eundē Augu. qntum poſſu
mus cum dei adiutorio labo-
rare debem⁹. ne de⁹ noſter in tē
plo ſuo. hoc eſt in nobis ipis ī
ueniat quod oculos ſue maie-
ſtatꝭ offendat. Sꝫ habitaclm
cordis noſtri vacuet vicijs: et
virtutib⁹ impleat. claudat dia
bolo: ⁊ aperiat chriſto. Aperia
tur dico bonis opib⁹. ſicut em̄
malis opib⁹ quaſi quibuſdam
ſerꝭ ⁊ vectib⁹ vite nobis ianua
claudit: ita procul dubio boniſ
operibus aperitur. Hoc ē illō
tabernaculū mentis humane.
de quo dicitur Job. xj. Si non
manſerit in tabernaculo tuo i-
iuſticia: tunc leuare poteris fa
ciem tuam abſqꝫ macula ⁊c: et
de eodem loquitur idem Job
xxix. caplo. Quando ſecreto de
us erat ī tabernaclo meo. Sic
igitur iſta quattuor ſunt conſi
deranda circa materiale taber-
naculum. precipue in feſtis de
dicationum.

## Item de animabus. Sermo primus.

# De animabus

BEati mor
tui qui in domino mo
riunẗ. Apoc. xiiij. k
Contra hoc ſic arguiẗ. Si
enim moriunẗ. iam nõ ſũt mor
tui. ⁊ ſi mortui ſunt. non mori-
antur. ad hoc poteſt reſponde-
ri dupliciter. Primo ſic. corpꝰ
humanum non tm̃ diciẗ mor-
tuum ꝓpter priuationem vite.
verum etiam ⁊ ꝓpter mortem
ipſam. i. neceſſitatez moriendi.
dictum enim fuit pͥmo homini
In quacunqꝫ hora comederis
morte morieris id eſt mortalis
eris. ⁊ addictus neceſſitati mo
riẽdi. vt apoſtolꝰ dicit ad Ro.
viij. ꝓpter iſtam mortalitatem
Corpus mortuum eſt propter
peccatũ. i. mortale ꝓpter pecca-
tum ⁊ neceſſario moriturũ. Se
cundum hoc igitur ſic exponi
poteſt. mortui id eſt mortales
homines. ⁊ neceſſario. ſup. qui
moriũtur ꝑ priuationẽ vite cor
poralis. ac anime a corpore ſe-
parationez. in domino id eſt ĩ do
minice fidei ꝯfeſſione in deuota
ſacramẽtorum preceptione ⁊ ĩ
vera non ficta peccatoꝝ cõfeſſi
one. ⁊ in bonorum tẽporalium
ꝓpter xp̃m largam pauperibuſ
diſtributionez. beati ſup. ſũt ta
les. etiã h vel ſaltem in re. vel ĩ
certa ſpe. Omnes tales vtiqꝫ
poſſunt dici beati q̄ ſunt ab om
ni hoſte ſecuri. ab omni ꝑiculo
liberi. ab omĩ pena expediti. vel
ſaltem cito expediẽdi: ⁊ de cele-
ſti gl'a certi. Taliũ enĩ mors ni
hil aliud eſt q̄ꝫ carnis ruptõ. ꝑe
grinationis terminus. laquei
ꝯtritio. finis exilij. laboris me-
ta. ꝑiculi euaſio. ruinoſe domꝰ
exitꝰ. deſcenſus de equo p̃cipiti
reditꝰ ad patriã. paterne heredi-
tatis inueſtitõ. victoria pugne.
exterminatõ miſerie. ianua vite
ꝓpter q̄ in p̃s. dicitur. Precioſa
in cõſpectu domini mors ⁊c̄
L Hic nota q̄ quiqꝫ ſũt mor
tes. quaꝝ due ſunt male ⁊ due
bone. ⁊ quĩta indifferẽs. poteſt
enim eſſe bona ⁊ mala. Prima
mors mala eſt mors culpe. que
idcirco mors diciẗ. quia ſepat
animã a deo q̄ eſt eius vita. Iſa
ye. lix. Iniquitates veſtre diui-
ſerunt inter vos ⁊ deũ veſtrum
De iſta morte dicitur Sapiẽ-
primo. q̄ deꝰ mortem nõ fecit.
gloſa. id eſt peccatũ. ſed impij.
. i. adam ⁊ eua manibꝫ ac verb
accerſierũt eam Manibꝰ quid
quas extenderunt ad pomũ ve-
titũ. ⁊ verbis. quibus eua male
dyabolo reſpondit. Secunda
eſt mors gehenne. que ideo di
citur mors eterna. quia eſt ibi
ſine fine multo maior cruciatꝰ
q̄ꝫ ſit ĩ morte corporali. De iſta
morte diciẗ in p̃s. Mors pecca
torũ peſſima Mala quid ꝓpter
penaꝝ diuerſitatẽ Peior ꝓpter
penaꝝ acerbitatẽ. Sꝫ peſſima

ꝓpter penarū ꝯhennitatē. Hec
dicit᷑ mors ſecūda. de qua. ſu-
pra ſecūdo ꝛ infra.xx. Beat⁹ et
ſanctus qui habꝫ partem in re
ſurrectōne prima. In hijs ſecū-
da mors non habet poteſtatem
ſecūdum gloſaꝫ.i. damnatio e-
terna. Iſta dicitur mors ſecun
da reſpectu prime. quia ſequit᷑
ex illa ſicut effectus ex cā. Mor
tui eūm morte pᷓma moriuntur
morte ſecūda. ſed nō in dn̄o: ſꝫ
oīno ſine dn̄o. ꝛ iō nō bti: ſꝫ mi
ſeri. Iſte due mortes ſūt male.
vt dc̄m ē. ꝛ iō ſunt oīno fugien
de ꝛ abhorrēde. Cōtra q̄s ſunt
duo remedia ꝑcipua. ſcilꝫ ele-
moſina. ꝛ obediētia. De elemo
ſyna dr̄ Thob.iiij. Elemoſyna
ab omni pctō ꝛ morte liberat. ꝛ
nō patit᷑ aīas ire in tenebras.
De obediētia dr̄ Ezech.xviij. Fi
lius iuſtus iudiciū ꝛ iuſticiaꝫ
opat⁹ ē. oīa ꝑcepta mea cuſtodi
uit. ꝛ fecit ea: vita viuet ꝛ non
morie᷑. Per iſta igit᷑ duo vitā
tur due mortes male: ꝛ acqui-
rit᷑ duplex vita eis ꝯria. ſcilꝫ vi
ta grē ꝯ mortē culpe. ꝛ vita gl'e
contra mortē iehēne. Tertia āt
mors q̄ bōa ē: eſt mors q̄ hō pec
cato morit᷑. ꝛ pctm̄ ſibi. q̄ fit ꝑ
virtutē pnīe. q̄ ſi tres ꝑtes ha-
beat. ſ. ꝯtritōem. ꝯfeſſionē. ꝛ ſa
tiſfactionē: pctm̄ deſtruit. ꝛ in-
ſtrumentū peccādi mortificat ꝛ
occidit. ſicut dicitur ad Coloſ
ſenſes tertio cap. Mortificate
membra veſtra que ſunt ſuper
terrā ꝛc̄. De iſta morte dr̄ Ro.
vj. Qui mortui ſumus pecca-
to: quomodo adhuc viuemus
in illo. Quarta autem mors q̄
eſt bona: ē mors qua homo mo
ritur ſpiritualiter mūdo. ꝛ mū
dus ſibi. Quam quidem mor
tem operatur ingreſſus religi-
onis. contemptus mundi. vo-
tum continentie. ꝛ profeſſio re
gularitatis. De qua ad Coloſ-
ſenſes tertio capitu. Mortui
eſtis. et vita veſtra abſcondita
eſt cum chriſto ī deo. Sic mor
tuus fuit Paulus qn̄ dixit ad
Galathas ſexto capitu. Mihi
mundus crucifixus eſt. et ego
mundo. Quinta autē mors: q̄
eſt mors indifferens: eſt mors
nature qua moritur corpus in
ſeparatione anime. de qua dic
tur ad Hebreos nono capitu.
Statutū eſt hominibus ſemel
mori. Modo dico applican-
do ad ꝓpoſitū ꝙ mortui. ſupple
morte tertia. qua quis morit᷑
peccato per veram penitentiaꝫ
vl' morte quarta qua quis mo
ritur mundo per votum profeſ
ſionis et regularem obſeruan-
tiā. q̄ꝛ ꝑmi ſūt oēs boni xp̄iani
adulti dico. Scđi aūt ſūt omnes
boni religioſi. omnes dico ſic
mortui qui ī domio. id eſt. ī cō
feſſione domini. vel per carita
tem exiſtētes ꝛ manentes ī dn̄o
id ē ꝑ dn̄o. vel ꝓpter dn̄m. ſicut

martyres moriũť. ſup. corpora
liter. beati ſup. ſũt omnes tales
beati quidem iam beatitudine
anime: ⁊ tandem erunt beatitu-
dine corporali. De iſtis omnibꝫ
morientibus in domino poſſũt
dici iſta omnia q̄ ſuperius de-
morte bona ſũt ſcripta. Mor-
tui autem ꝓma .ſ. morte culpe
et finalis impenitentie .qꝛ cuꝫ
moriũtur corporaliť nõ moriũ
tur in domino: ſed omnĩo ſine
domino. ideo tales poſt mortẽ
corpis non ſũt nec erũt vnq̄ꝫ be
ati: ſed ſemper miſeri. tranſeũt
enim a morte ꝓma. que ẽ mors
culpe ad morteꝫ ſecundam q̄ ẽ
damnatio

Item de animabꝫ
Sermo ſecũdus

Beati mor-
tui qui in domino mo-
riunť vbi ſupra Apoc.
xiiij. M In hoc verbo bre
uiter tria innuuntur videlicet.
Nature caſus terribilis. Gra-
tie ſtatus laudabilꝰ. Glorie fru
ctus optabilis. Primũ autem
innuiť in calamitate mortꝭ. Se
cundũ in ſecuritate finis. Ter-
tium autẽ in ꝑhennitate merce
dis. Primo dico tangiť hic na
ture caſus terribilꝰ i calamitate
mortis. cũ diciť. mortui. Mor
tui dico ꝓpter ꝓuationẽ vite na-
turalis. vel neceſſitatem moriẽ
di. Reuera magnꝰ eſt iſte caſꝰ
nature humane q̄ cadit a vita
naturali in mortem. q̄ caſu na-
tura cecidit ⁊ cadit in omnibꝫ
hominibꝫ. Quis eſt homo qui
viuet et nõ videbit mortem ⁊c̄.
in p̄s. q. d. nullus. nã ⁊ prophe-
te mortui ſũt Jo. viij. ⁊ dei filiꝰ
mortuus fuit . ſicut ſcriptura
clamat. ⁊ fides catholica tenet
Magnꝰ etiã fuit caſus nature
humane que cecidit in primis
hominibus ab ĩmortalitate ad
ſtatũ miſerie .i. ad neceſſitatem
moriẽdi. q̄ fuit ⁊ eſt ⁊ erit in oĩ
hõine ꝓpter primi hominis pec
catũ. Eſt enĩ corpꝰ noſtrũ mor
tale ⁊ corruptibile. ſm apoſto-
lũ. j. ad corin. xv. Quocũqꝫ mõ
ſũatur ergo h̄ mortui. vlꝰ ꝓ ꝓua
tione vite naturalꝰ. vel neceſſita
te moriendi. caſꝰ maxius ẽ na
ture humane ⁊ ſũme terribilis
quia ſm Ariſto. mors eſt vlti-
mũ terribiliũ. De iſta morte na
ture humane ĩminente ⁊ ſũme
terribili poſſunt dici q̄tuor ĩ ſũ
ma q̄ oẽꝫ hoĩeꝫ debẽt mouere
debent etiã cũ reddere ſollicitũ
ad taliter viuenduꝫ vt bene poſ
ſit mori. ⁊ poſtea viuere ĩeternũ
Eſt eniꝫ mors caſus nature no
ſtre flebilis ⁊ lamentabilꝰ. nã eiꝰ
curſus eſt neceſſariꝰ ⁊ ineuita-
bilis. Eius motus ſubitus eſt
⁊ ĩperceptibilis. Eius morſus
eſt rabidus ⁊ incurabilis. Eius

ſtatus eſt horridꝰ ⁊ inpmutabi
lis. Eſt dico mortis curſꝰ neceſ
ſariꝰ ⁊ incuitabilis. dicit enim
apoſtolꝰ. ad heb. ix. ꝙ ſtatutum
eſt hominibꝫ ſemel mori. Uere
ſtatutū in penā grauiſſimā ꝓpt
pcṁ pmorū parentū. Jſta enī
eſt lex adam dñe deus ſicut dici
tur. ij. Regū. vij. Lex quidez li-
gans omnē hominē. q̄ nunquā
habuit nec habebit quātū ad a-
liquē hoīem exceptionē. Jſtā eī
mortalitatem ⁊ moriendi neceſ
ſitatem trāſfuderūt pmi paren
tes in oēs poſteros. qꝛ peccaue
runt. ſicut tranſfudiſſent īmor-
talitatem ſi nō peccaſſēt. Dico
etiā ꝙ mortis motꝰ eſt ſubitus
⁊ imppceptibil'. nihil eī ſm ſene
cā eſt morte certius. ſed ꝓculdu
bio nihil eſt incertiꝰ hora loco
et modo mortis. Neſcit homo
finē ſuum. dicit ſapiens Eccs
ix. Uere neſcit homo quantuz
ad tempus nec q̄ꝫtum ad locū
nec q̄ꝫtum ad modum. Quis
eṁ poteſt ſcire quando morieť
vel vbi. vel qualiter. vtrū ſcili-
cet bene vel male. ꝓpter q̄d dic̄
ſapiens Ecc̄i. xviij. Ne verearſ
vſꝫ ad mortē iuſtificari. A ma
ne enī vſqꝫ ad veſperā īmuta-
biť tempus. Tps quidē viuen-
di in tempꝰ moriendi. tempus
merendi in tempus mercedem
percipiendi. Uiuus ḡ ⁊ ſanus
debet homo confiteri ⁊ cōuer-
ti ad dominum. ⁊ non expecta

revſqꝫ ad horam mortis. quia
ſubito venit mors. ⁊ dum non
ſperatur. et neſcit homo vtrum
ſuſtineat diuina iuſticia ꝙ be
ne moriatur. quia ſm Augu-
ſtinū. hac animaduerſione per
cutitur peccator. vt moriēs ob
liuiſcatur ſui qui dum viueret
oblitus eſt dei. Mortis etiam
morſus eſt rabidus ⁊ incurabi
lis. Dicit enim ſapiens Eccle-
ſiaſtici. x. ca. Homo cum mo-
rietur hereditabit ſerpentes et
beſtias ⁊ vermes. Placeat do:
ꝙ anime noſtre habeant poſt
mortem meliorem hereditatez
q̄ꝫ corpora noſtra ſunt habitu
ra. Hereditabūt enī forſan be-
ſtias aquaticas vel terreſtres.
que ip̄a deuorabunt. Serpen-
tes etiam et vermes que ip̄a ro
dent et in ip̄is requieſcent. Mor
tis etiam ſtatus eſt horridus ⁊
impermutabilis. non enim eſt
aliquis qui ſit reuerſus ab infe
ris. Sap. ij. ca. ꝓpter quod dixit
illa prudens mulier. ij. Reguz
xiiij. ca. Omnes morimur et q̄-
ſi aque dilabimur in terram q̄
non reuertentur. Homines va
dunt ad mortem. vadunt etiā
vt ſtercus ⁊ terra maneant. et
nullus inde reuertitur ſup ter
ram Caſus igiť iſte nać mľtuz
eſt terribilis. plenus enim ē ca
lamitate et miſerijs. O pecca-
ti ſtipendium. o nature debitū
o vltimum terribiliū. Sic igiť

pꝫ primū ꝙ ī hoc ṽbo innuit̄ na
ture caſus terribilis in calami
tate mortis. que datur intelli-
gi. cum dicitur mortui. N
Secundo innuitur gra-
tie ſtatus laudabilis in ſecuri-
tate finis. cum additur. qui in
domino. ſupple per gratiam et
caritatem manentes: moriūtur
ſupple corporaliter. mors eniꝫ
humane nature finis eſt. tunc
autem finis iſte ſecurus eſt cuꝫ
homo qui moritur: per gratiā
et caritatem manet in domino
talis enim ſecurus eſt de adipi
ſcenda btitudine etna. qꝛ preci
oſa in conſpectu domini mors
ſanctorum eius. in pſalmo. Be
ne ergo innuitur hic gratie ſta-
tus laudabilis in ſecuritate fi
nis cum dicitur. qui in domio
moriuntur. Qui eniꝫ in domi-
no moritur: non dubium quin
ſit in gratie ſtatu. qui eſt mltuꝫ
laudabilis. ac pec hoc non du-
bium quin eius finis ſit mul-
tum ſecurus. Sciendum autē
ꝙ illi moriuntur in aperta con
feſſione fidi domini. In firma
expectatōne glorie domini. In
ſecura dilectione bonitatis do
mini. In perfecta impletōe mā
datorum domini. In plena re
quiſitione. que fit per dignam
penitentiam. In deuota perce
ptione corporis domini. In ve
ra recognitione paruitatis ꝓ-
prie: et magnitudine domini.

In larga diſtributione bonoꝝ
ſuorum pauperibus domi. Et
in quibuſdam aliјs que placi-
ta ſunt domino ꝛ neceſſaria ac
quiſitionis ſalutis domini. Et
dicit neceſſaria adultis homi-
nibus ad huiuſmodi facultatē
quoniam vbi non eſſet poſſibi-
litas ſufficeret ſine exteriori ope-
re bona voluntas. Reuera qui
libet homo qui ſic moritur in
domino: habet finem ſecurum
et de ipſo argumentum euidēſ
eſt ꝙ vixit in domino. quoniaꝫ
ipſe poteſt dicere illud pſalmi-
ſte cum moritur. Prouidebaꝫ
dominū in conſpectu meo ſem
per. id eſt cum vixi: ſemper ha-
bui deum pre oculis. quoniam
a dextris ē mihi. ſupple. nūc cū
morior: ne cōmouear: ab eius
ſupple dilectione per aliquam
demonum temptationeꝫ. Pro
pter hoc letatum eſt cor meum
ſupple interius. et exultauit li-
gua mea. ſupple exterius. inſu
per ꝛ caro mea requieſcet ī ſpe.
ſupple glorioſe reſurrectionis
Quoniam non derelinques a-
nimā meam in inferno. id ē. in
purgatorio ſemper. nec dabis
ſanctum tuum. id eſt me tua gͣ-
tia ſanctificatum: videre. id eſt.
experiri corruptionem. ſupple
ſempiternam. Notas mihi fe-
ciſtis. ſupple. cum viuerem: vi
as vite. id eſt mandata tua. ad
implebis me leticia cum vultu

tuo.ſupple perpetue videndo.
Jn cuius quidem conſpectu e-
runt perpetue delicie. vnđ ſub
dit.delectationes ĩ dextera tua
vſqꝫ in finē.id eſt ſine fine. Po
teſt et dicere illđ aliđ pſal. Tu
illuminas lucernam meam:
domine deus meus illumina
tenebras meas.naturales. ſup
ple vt te facie ad faciem videā.
Quoniam in te.id eſt in virtu-
te tua eripiar a temptatiōe.quā
ſupple demones mihi conātur
incutere.et in te deo meo tranſ-
grediar murum.ſcilicꝫ tempta
tionum ⁊ laqueorum que de-
mones obijciunt mihi. Jtēꝫ cū
eſt propinquus exitui anime
de corpore poteſt dicere etiam
illud aliud pſalmiſte. Diſrupi
ſti domine vincula mea .ſupple
quibus anima mea alligaba-
tur corpori:tibi ſacrificabo ho
ſtiam laudis.Et iterum illđ a-
liud pſalmiſte.quando anxia-
tur anima pro egreſſu. Libera
me domine a perſequentibus
me:quoniam confortati ſūt ſu
per me.Educ de cuſtodia ani-
mam meam.vel de carcere.ſm
aliam tranſlationeꝫ ad confitē
dum nomini tuo.vel vltimo il
lud aliud pſalmi. Portio mea
domine ſit in terra viuentium
Et vide in gloſa. ſi placet tibi.
quante virtutis ⁊ efficacie eſt
verſiculus iſte ipſius pſalmi-
ſte.Diſrupiſti domine vincu-
la mea. tibi ſacrificabo hoſti-
am laudis: et nomen domini ĩ
uocabo.quando dicitur in ho
ra mortis.Jlli ergo qui mori-
untur ĩ domino eo modo quo
dictum eſt.poſſunt dicere iſta
verba et plura alia ꝗ ſumi poſ-
ſunt de canone ſacro. D

Notandum autem ꝙ illo-
rum qui moriuntur in domi-
no:quidam ſtatim euolant ad
patriam ſine aliquo purgato-
rio.ſicut pueri baptiſati. ſicut
martyres laureati. ſicut etiam
penitentes penitentia perfecta
Jn ſignum quorum aperti ſūt
celi chriſto ieſu baptizato.ſicut
euidenter apparet Luce tertio
capitulo. Et ſancto Stephano
prothomartyre lapidato.vt ha
betur Actuum ſeptimo capi-
tulo .Hi eĩ omnes moriuntur
cum Abraham et yſaac in ter-
ra promiſſionis.de quorum ꝗ-
libet dicit ſanctus Lucas Ac-
tuuꝫ ſeptimo capitulo: obdor-
miuit in domino.De iſtis om
nibus fuit celebrata heſterna fe
ſtiuitas.vnde pro illis non o-
portet orare.⁊ forſan iniuria fi
eret eis.quia ipſi valde ſunt bo
ni.quia tamen nobis incertuꝫ
eſt:non eſt ſine fructu oratio.
conuertetur enim in ſinu ipſi-
us orantis.Alij auteꝫ ſunt qui
non ſtatim euolant: ſed vadūt
ad ipſum purgatorium. ſic illi
qui nō perfecerunt ſuam peni-

tenciam. vel qui addiderunt ve
nialia. que omnia oportet vel
perfici quantum ad penitenti
am. vel omnino deleri q̄ntum
ad venialia. vt ſic ipſi tandem
ſint ſalui: ſic tamen quaſi per
ignē. ſicut dicit apoſtolus pri-
me Cor. tertio. Iſti moriūtur
cum iacob ⁊ ioſeph in terra egi
pti. quorum oſſa fuerunt trāſpor
tata in terrā pmiſſiōis: in ſignū
q̄ anime eorū poſtq̄ꝫ purgate
fuerint: transferent in paradi-
ſū. De iſtis omnib⁹ fit hodier
na cōmemoratio. ⁊ illi iuuant
per ſuffragia eccleſie et elemoſi
nas ac orōnes viuentiū. qui di
cuntur mediocriter boni. quia
ſunt in caritate ⁊ ſine peccato
mortali. ⁊ mediocriter mali. q̄r
habent aliquid ad purgandū
ꝓpter quod ſunt ad penitentiā
aliquā obligati: quibus obſtā-
tibus nō poſſunt ingredi curiā
paradiſi. ꝑcipue autē fit hodier
na cōmemoratio pro illis q̄ nō
habent carnales amicos p q̄s
iuuent ſpecialiter. Idcirco or-
dinatū eſt q̄ in iſta die p ſuffra
gia generalia adiuuent. Pro i-
ſtis ergo orandum eſt efficaci-
ter. quia vt dicitur in ſecundo
libro Machabeorum duode-
cimo capitulo. Sancta et ſalu
bris eſt cogitatio pro defunctis
exorare vt a peccatis ſoluantur
Per alia etiam ſuffragia. vtpo
te per elemoſynas ſubueniri eis
debet. Quilibet enim ipſorum
dicit illud Iob decimonono ca
pitulo. Miſeremini mei. miſe
remini mei. ſaltem vos amici
mei. quia manus domini te-
git me. ⁊c. Et quilibet eorum
dicit cuilibet noſtrum illō Ge
neſis quadrageſimo capitulo.
Memento mei cum bene tibi
fuerit. et facies mecum miſeri-
cordiam vt ſuggeras pharaoni
.i. deo. vt educat me de carcere
iſto. Iſti ergo om̄es iuuādi ſūt:
quia proſunt eis ſuffragia no-
ſtra. quia mortui ſunt in domi
no. De reprobis autem qui
mortui ſunt non in domino. et
ſine illis que placent domino:
non eſt curandum. quia valde
mali non ſunt in ſtatu in quo
poſſint eis proficere noſtrā opa
bona. Sunt enim illi quib⁹ di
cetur in die iudicij illud Apo-
calipſis vltimo capitulo. foris
canes ⁊ venefici. et impudici.
et homicide. et ydolis ſeruien-
tes. et omnis qui amat et facit
mendacium. Iſti omnes ſūt fi
gurati per iſtos qui fuerūt mor
tui in deſerto. quorum nullus
legitur fuiſſe tranſlatus in ter-
ram promiſſionis. In ſignum
q̄ iſti qui moriuntur in pecca
to mortali. quod per deſertū
interdum intelligitur. et qui a
gratia deſeruntur: nunq̄ꝫ tranſ
ferentur in celum. Sunt enim
de illis de quibus in pſ. dicitur

Pluet ſup peccatores laq̄os:
ignis ⁊ ſulphur ⁊ ſpūs pcellaꝝ
⁊c. Sequit̄ tertiū vbi innuit̄
fructus glorie optabilis in per
hennitate mercedis. quā tāgit
vox celeſtis cū dicit de morien
tib⁹ in dn̄o ꝙ ſtatim poſt mor/
tem ſunt beati. ſup. nūc beati/
tudine anime. ⁊ tandez erunt
beati beatitudine etiā corporiſ
que bene dicit̄ btītud o pfctā. q̄
eſt vita eterna. Iſti enī ſunt illi
de quibus dicit̄ Apoca. xix. ca.
Beati qui ad cenā nuptiarū a/
gni vocati ſunt. ⁊ illud aliud A
poca. vlti. Beati qui lauāt ſto/
las ſuas. i. anīas ⁊ corpa in ſan
guine agni. vel in ſacramentis
eccleſie habētibus efficaciam ī
ſanguīe agni. ſ. chriſti vt ſit po
teſtas eoꝝ ī ligno vite. vt p por
taz intrēt ciuitatē celeſtē. Quā
quidē ciuitatē p mortē ⁊ portā
pcioſe mort̄ oēs qui iā mor
tui ſunt in dn̄o intrauerunt. et
hoc vel in re. ſicut illi qui iā ſūt
actualiter beati. vel ī firma ſpe
ſicut illi qui adhuc ſunt in pur
gatorio. qui nondū meruerunt
actualiter ingredi: ſed ſūt in in
troitu. et ſunt in proximo īgreſ
ſuri. Cuius q̄dem ciuitat̄ nos
tandē conſortes efficiat ipe Je/
ſus chriſtus. cui⁹ claritas ipa3
illuminat. ⁊ qui eſt ipius inex
tinguibilis lucerna. Amen.

Item de animab⁹ Ser. iiij

Sancta ergo
et ſalubris eſt cogita/
tio p defunctis exora/
re: vt a peccatis ſoluant̄. ij. ma/
chabeoꝝ. xij. ¶ In his v̄/
bis aperte innuit̄ ꝙ illa cogita
tio que eſt pro defunctis (duz
tamē nō ſit pure ſpeculatīa: ve/
rum etiā ⁊ practica: ac extēdēs
ſpeculationē in exhortationē. i.
in pfectam orationē: que nō eſt
nuda: ſed veſtita. nō ſola: ſed aſ
ſociata. vicz mentali compaſſi/
one. elemoſynarū erogatōne. et
ſingularis ſacrificij oblatione.
qualis fuit cogitatio illius for/
tiſſimi viri iude) mortuos a pe
na liberat. viuos in corde hūili
at. a peccatis expiat. ⁊ tandem
beatificat. vnde in his verbiſ in
nuit̄ ꝙ talis cogitatio eſt Intu
itiua mortalitatis humane. Ex
peditiua penalitatis īflicte. Ex
piatiua impietatis commiſſe.
Et impetratiua felicitatis eter/
ne. Primo dico iſta cogitatio
eſt intuitiua mortalitatis hūa
ne. ⁊ idcirco viuentes humiliat
⁊ hoc innuit̄. cum hic dicit̄. co/
gitatio p defunctis ⁊c. Omnis
enim qui cogitat ⁊ diſpōit pro
defunctis exorare: ⁊ cogitatio/
nē pōit ī effectū: neceſſario īnue
tur mortalitatem humanā. ne
ceſſitatē ⁊ legem moriendi om
ni homini inſtitutam Cum enī
cogito ꝙ iſte vel ille vel alij qui

# De animabus

cũqꝫ ꝓ quo volo orare ⁊ alia bo
na facere ſiue defũct⁹ eſt vel de
fũcti.idez debeo cogitare de me
ipſo ⁊ de quibuſcũqꝫ viuentibꝰ
ſicut eniꝫ ille vel illi defũcti ſũt
ita qñqꝫ ego ero defũct⁹ .i. vita
preſenti funct⁹. ⁊ oẽs homines
qui nũc viuũt qñqꝫ erũt ſic illi.
Quilibet enĩ mortu⁹ dicit cuili
bꝫ viuẽtiũ illđ eccĩ.xxxviij. Me
mor eſto iudicij mei.i. iudicij
mortis qđ ego iã ſubij. ſic enim
erit ⁊ tuũ.quia hoc iudiciũ mor
tis eſt a deo omni carni.i.oĩ ho
mini. Eccĩ.xlj. Et quilibet vi⸗
uus debet dicere de q̃libꝫ mor⸗
tuo illũ verſiculũ . Petri come⸗
ſtoris. Quod ſum⁹ iſte fuit. eri
m⁹ qñqꝫ qđ hic eſt . Et certe ex
hoc habemus materiã humili
andi ⁊ ꝯp̃mendi ſupbiã nrãm.
Quis enĩ pt ſupbire quãtãcũ⸗
qꝫ habeat excellẽtiã qñ cogitat
ſe moriturũ. ⁊ oĩa mũdana per
petuo dimiſſuꝝ. ⁊ ꝗ veniet tẽ⸗
pus. ⁊ forte cito ꝗ dicet̃ de ipſo
defũct⁹ eſt. id eſt vita preſẽti fũ
ctus eſt.ac rebus humanis ex⸗
emptus. Et non poteſt homo
cogitare de hijs qui defũcti ſũt
nec orare pro ipſis.quin iſtam
mortalitatem ⁊ moriendi neceſ
ſitatem neceſſario habeat cogi⸗
tare.ergo humiliemur. ⁊ de no
bis ipſis modicum extimem⁹
¶ Secundo iſta cogitati
eſt quantum ad mortuos expe
ditiua penalitatis inflicte ⁊ ideo
ipſos a purgatorio liberat. ⁊
hoc innuitur hic cum dicitur.
vt a peccatis ſoluãt̃. Certe om⸗
nis homo qui cogitat ⁊ diſpo⸗
nit exorare pro mortuis ⁊ alia
bona facere .iſta bona debet di
rigere ad expeditionem anima
rum de penis purgatorij. ⁊ hũc
finẽ debet ſibi ſtatuere. vt inq̇t.
a peccatis ſoluantur.i. a penis
quas ſuſtinent ꝓ peccatis vel a
peccatis.i.a culpis .non mor⸗
talib⁹. quia talia ſolui nõ poſſũt
poſt hãc vitã : ſed a venialibꝰ. de
q̇bus homo h̃ nõ penituit. hec
enim quia nõ repugnant eſſen
tie caritatis. bene ſoluunt̃ poſt
hanc vitã. talia enim remittun
tur. Ergo ſubueniam⁹ anima⸗
bus defunctoꝝ. ⁊ faciam⁹ ꝓ eis
talia pietatis officia vt domin⁹
ſoluat eos a penis ⁊ a vinculis
q̇bus ſunt ꝯpediti. Ipſius enĩ
eſt ſoluere. iuxta illud p̃s . Do⸗
minus ſoluit ꝯpeditos. Nr̃m
autẽ eſt orare ⁊ alia bona ꝓ ipiſ
facere vt domin⁹ audiat gemi⸗
tus ꝯpeditoꝝ .et ſoluat filios
interemptorum .i. defunctorũ
in pſalmo Quilibet enim mor
tuus dicit cuilibet noſtrum il⸗
lud.geñ.xl. Memento mei cuꝫ
bene fuerit tibi ⁊ facies mecum
miſericordiaꝫ. vt ſuggeras pha
raoni id eſt deo regi mundi vt
educat me de iſto carcere ſcilicꝫ
purgatorij . Igitur ſecundum
ꝗ monet apoſtolus ad Hebre.

xij. Mementote vinctorum tā
quam ſimul vincti id eſt corū
qui ſecundum animas iam ſūt
ligati ī purgatorio. vbi nos qn̄
q̄ȝ propter peccata noſtra eri⁹
ligati. quod ita cito erit ꝙ qua
ſi preſens debet reputari. vnde
debemus nos reputare quaſi
ſimul vinctos cum alijs qui iā
actualiť ſūt ligati R. Ter
tio iſta cogitatio eſt quantū ad
viuos expiatiua impietatꝫ cō-
miſſe. et hoc innuitur cum di-
citur hic. ꝙ talis cogitatio ē ſā
cta. id eſt ſanctificatiua. id ē pec
catorum per viuentes commiſ
ſorum expiatiua. Dicitur eniȝ
Eccleſiaſtici viceſimonono ca-
pitulo. Concludc elemoſynaȝ
in ſinu pauperis. et hec pro te
exorabit ab omni malo. ſupple
tam culpe q̄ȝ pene. vt ab eo libe
reris. qꝛ elemoſyna viri q̄ſi ſac
cu. ꝛc̄. Reuera omnis elemoſy
na que fit pro mortuis taȝ ſpi-
ritualis. cuiuſmodi eſt oratio:
et corporis chriſti oblatio: q̄ȝ
corporalis. cuiuſmodi eſt pau
perum ſubuentio: ſi tamen bo
na intentione fiant: merentur
apud deum: ſaltem de cōgruo
vt deus ſoluat animam illius
qui ipſam facit a peccatis. ip-
ſamqȝ expiet et emundet. Di-
citur eī Eccleſiaſtico tertio ca
pitulo. Elemoſyna patris. id ē.
quam aliquis facit pro anima
patris ſui: non erit in obliuiōe
corā deo. imo ſup. erit in recor-
datione ipī⁹. Et elemoſina q̄m
aliquis facit pro pctīs matris
cōmemorabiť ipī⁹ in die iudi-
cij in purgatorio. Et ſicut ī ſere
no glacies. ſup. ſoluiť: ſic pecca
ta talis hominis ſoluenť meri-
to elemoſyne. Qḋ q̇dem veruȝ
eſt nō ſolū reſpectu poſitorū in
purgatorio: ſed etiā in preſen-
ti vita. ergo iſta cogitatio ē ſan
cta. id eſt ſanctificatiua. id eſt ī
pietatum expiatina. Diciť eniȝ
Thobie. xij. ꝙ bona eſt oratio
cum ieiunio ꝛ elemoſyna magꝭ
q̄ȝ theſauros auri condere. q̇ni
am elemoſyna a morte liberat.
ꝛ ipā eſt que purgat peccata. ꝛ
facit inuenire vitam eternam.
Et illi regi impio. ſcilȝ Nabu-
chodonoſor. ſicut habetur Da-
nielis quarto caplō. dictum fu
it. Peccata tua elemoſynis re-
dime. et iniq̄tates tuas miſeri-
cordijs pauperum. Quod nō
ſolum verum eſt de elemoſyniſ
quas quis facit pro defunctis.
Tales enim non ſolum proſūt
defunctis: ſed etiam facientibꝫ
eas. Quarto dico ꝙ talis co
gitatio eſt impetratiua felicita
tis eterne. Et idcirco non ſoluȝ
viuentes a peccatis expiat: ve-
rum etiam et tandem beatifi-
cat. et hoc innuitur cum dici-
tur hic ꝙ hec cogitatio non ſo
lum eſt ſancta. id eſt viciorum
ſanctificatiua: ſȝ etiā ſalubꝛꝭ. i.

ſalutis eterne acquiſitiua. non
ſolum enī animas mortuorū
a penis liberat. ac ꝑ hoc ⁊ ad ſa
lutem perducit: verum etiam ⁊
animā viui hominis hec cogi-
tantis. bonum enī q̄d fit ꝓ ani-
mabus que ſunt ī purgatorio
non ſolū prodeſt eis ad hoc vt
citius ſalutem aſſequant̄: ſ; eti-
am prodeſt animabꝰ facientiū:
vt eam tandem aſſequāt̄. Qui-
buſlibet em̄ qui in fide vera de
functis ſubueniunt dicit beatꝰ
Petrus ꝑme canonice ſue pri-
mo caplo. ꝙ erunt reportanteſ
finem ſue fidei ſalutē animarū
ſuarum. Salutē dico eternam
de qua dicitur Eſaye. xlv. ſalua
tus eſt in domino ſalute eterna
Dicit̄ ergo. Sancta ⁊ ſalubris
eſt cogitatio ⁊c̄.

## Item pro defunctis. Sermo quartus

In diebus
illis. Uir fortiſſimꝰ iu
das ⁊c̄. ij. Machab. xij.
F Ad euidentiā iſtiꝰ lectio
nis. quā interdū legit eccl'ia in
miſſa de mortuis: ſunt aliq̄ pre
mittenda. Primum eſt ꝙ ſecū
dus liber machabeorū. de quo
iſta lectio ſumit̄: nō eſt. ſm̄ q̄d
dicit magiſter hiſtorie ꝓſecutio
ſed proſecute repetitio. In q̄ q̄
dem repetitione recapitulant̄ q
dam deſcripta in ꝑmo libro. ad
dunt̄ autē aliq̄ que ibi fuerunt
ſuppꝛ̄ſſa. Inter cetera addit̄ vnū
ſpēale q̄d facit ad ꝓpoſitum. q̄d
ſcribit̄ in hoc. xij. c. vi; ꝙ Jop
pite ſubmerſerūt doloſe nō mi
nus ducētos viros de iudeis. q̄
habitabāt inter eos. ꝓpter q̄d iu
das machabeꝰ cū exercitu ſuo
portū eorū nocte ſuccendit. ſca
phas eorū combuſſit. ⁊ eos qui
ab igne fugerunt gladio ꝑemit
Et quia cognouit ꝙ iānite pa
ri mō voluerunt facere iudeis.
iō ſilr̄ portū eorū cū nauibꝰ ſuc
cendit. In iſta aūt cōbuſtiōe fu
it cōmiſſum preliū inter iude-
os ⁊ iānitas. ⁊ plr̄es ex iudeis ꝓ
ſtrati fuerūt. Cū aūt iudas vel
let corpa eorū tollere ⁊ in ſepul
cris paternis ponere inuenit ſb
tunicis eoꝝ de donarijs ydolo
rū q̄ fuerūt apud iāniam. quod
lex ꝓhibebat. vn̄ fuit manifeſtū
omnibꝰ ob iſtud delictū ipſos
corruiſſe. ↄuerſi fuerūt tn̄ oēs
ad p̄ces rogātes dn̄m vt mor-
tuis ꝑceret. ⁊ iſtud delictū obli
uioni daret. Judas autē q̄ erat
ꝑnceps exercitꝰ fecit fieri colle-
ctā. in q̄ q̄libet de ſuis aliq̄d cō
tulit ſ; ſuā facultatē. ⁊ collegit
duodecim milia dragmas. q̄s
miſit hieroſolymā offerri in ſa
crificiū ꝓ pctīs mortuoꝝ vt ab
eis ſoluerent̄. Et in hoc ↄſiſtit
lr̄alis ſn̄ia pn̄t; lectiōis. Se-
cūdu; eſt ꝙ pn̄s lcō ſm̄ vtrūq;

ſenſum. lr̃aleꝫ. ſ. ⁊ ſpũaleꝫ vnũ ⁊
idẽ docet. ⁊ ad vnũ ⁊ idem fide
les hortat᷑. vꝫ. vt inſtar Jude
machabei elemoſinis. ſacrifici-
is. ⁊ orõnibꝫ: aĩabꝫ ſubueniant
defunctoꝝ. Hijs viſis vt ſiĺ
exponamꝰ pñteꝫ lcõneꝫ lr̃aliter
⁊ ſpũaĺr. Jſta lectio q̃tuor fac.
Primo eñ docet q̃lis debꝫ eſſe
ꝯditio illiꝰ qui mortuos iuua-
re diſponit. quia hec eſt deteſta
tio peccatorũ. Scđo docꝫ qua-
lis dꝫ eſſe ꝯditio illiꝰ opis quo
mortuos iuuare credit. qꝛ hec
eſt oblatio ſacrificiorũ. Tertio
docet qualis dꝫ fuiſſe conditio
illiꝰ q̇ adiutorũ requirit. quia
hec eſt deuota pceptio ſacramẽ
torum. Quarto q̇s dꝫ eſſe finis
ꝓpter quẽ mortuos iuuare intẽ
dit. quia hic eſt ſolutio debito-
rum. Jſta patebunt cũ vtrũqꝫ
ſenſuꝫ iſtiꝰ lectõis ꝓſequemur.
¶ Primo dico docet qua
lis debet eſſe ꝯditio illiꝰ q̇ mor-
tuos iuuare diſponit. Hec eñ
eſt deteſtatio peccatorum. Qui
eñ digne vult ſubuenire mor-
tuis: debet ꝑmo ſubuenire ſibi
ipſi. vt ſi ſit in peccato mortali
q̇ ipſm penitus deteſtetur: ⁊ ip-
ſum a ſe penitꝰ abijciat ꝑ veraꝫ
confeſſionem. Peccator enim
cum actu ⁊ ĩ amore peccati nec
digne poteſt orare: nec digne ſa
crificia offerre. nec etiã elemoſy
nas digne pro mortuis eroga-
re. Non eñ acceptantur mune
ra iſtiꝰ hominis qui nõ eſt ei ac
ceptꝰ. Geneſ. iiij. dꝛ: q̇ reſpexit
dominꝰ ad Abel et ad munera
eiꝰ. ad Cayn aũt ⁊ ad munera
eiꝰ nõ reſpexit. Prius eñ reſpi-
cit deꝰ ad perſonam offerẽtis q̃ꝫ
reſpiciat ad eiꝰ oblatõem. Qui
ergo digne ⁊ vtiliter vult ſub-
uenire mortuis: oportet q̇ ſit
vir fortiſſimꝰ iudas. Uir q̇deꝫ:
id eſt. virtuoſe ꝯcupiſcentiã re-
primens. ⁊ vir fortiſſimꝰ. id eſt
fortiter temptationes dyaboli
cas repellens. ipſas ad petram
chriſtum fortiter allidendo. et
q̇ ſit iudas. id eſt. ꝑ veram con
feſſionem omne peccatum a ſe
depellens. Judas enim inter-
pretatur confitens. per veram
autem ꝯfeſſionem: que requirit
plenam ſatiſfactionem: merec᷑
homo remiſſionem peccatorũ.
iuxta illud pſal. Dixi cõfitebor
aduerſũ me iniuſticiã meã dño
⁊ tu remiſiſti impietatẽ peccati
mei. Hoc igitur eſt ꝑmũ quod
preſens lectio docet. vꝫ. qua-
lis debet eſſe ꝯditio illiꝰ q̇ mor
tuos iuuare diſponit. Hec eñ
eſt deteſtatio peccati: que ſi ꝓ̃e
deteſtet᷑: erit vir fortiſſimus iu
das. ⁊ tunc vtiliter poterit pro
mortuis facere qđ iſte iudas fe
cit. de quo dꝛ hic [Jn diebꝫ illĺ]
ſup. q̃n iudas machabeꝰ corpa
iudeoꝝ interfectoꝝ in bello cõ
miſſo inter iamnitas ⁊ iudeos
voluit ſepulture tradere. et in-

uenit in tunicis eoꝝ quedaꝫ de
donarijs ydolorum que fuerūt
apud Jāniam. ex quo fuit ma-
nifeſtum ꝙ ꝓpter illud peccatū
mortui fuerāt. ⁊ ꝯuertit ſe cum
toto ſuo exercitu ad preces ⁊ ad
facienda iſta pro mortuis que
hic dicuntur. vnde dicit. [In
diebus illis vir fortiſſim⁹ ⁊c.]
De iſto aūt iuda machabeo qui
fuit filius matathie dicitur pri
mo Machabeorū. iij. ꝙ fuit in
p̄lijs victorioſiſſim⁹. ſimilis le
oni ī ſuis opꝫib⁹. ⁊ ꝙ fuit victor
⁊ debellator anthiochi. ⁊ inter
emptor quorūdaꝫ alioꝝ qui ſe
pe ꝯtra iudeos ebullierūt de ꝑ
ſyde. quomodo etiaꝫ ip̄e gladio
ſuo caſtra iſrahel donec viueret
ꝓtexit. patet cuilibet intuēti pri
mū librū Machab. Quan-
tum autem ad ſecundū ſubdit
ꝙ ip̄e iudas [collatione facta]
.ſ. collecta facta qua q̄libet de
exercitu ſuo aliq̄d contulit ſm
ſuam facultatē. [xij. milia drag
mas argenti miſit Jeroſolimā:
offerri ea ibi. in ſacrificium] di-
cit textus [pro peccatis mortu-
orum iuſte vel bene ⁊ religioſe]
dicit textus [de reſurrectiōe co-
gitans. niſi enim eos qui ceci-
derant reſurrecturos ſperaret
ſuperfluū ⁊c.] docet enim per
iſta verba qualis debet eſſe con
dicio opꝫis quo quis mortuos
iuuare credit. hec enim ē digna
oblatio ſacrificiorum. Ubi eſt

ſciendum ꝙ ille iudas ⁊ ſi fecit
offerri pro illis mortuis illa ſa
crificia que tantummodo figu-
rabant ⁊ tamen mortuis profi
ciebant. ⁊ nos multo forti⁹ de-
bemus offerre ſacrificia. que nō
tantum figurant: ſed ſunt res
figurata. ⁊ realiter efficiunt q̄d
figurant ¶ Debemus au
tem pro mortuis quadruplex
offerre ſacrificium. quoruꝫ pri
mum eſt mentale. ⁊ hoc eſt lacri
moſa compaſſio. Secundū eſt
vocale. ⁊ hoc eſt affectuoſa ſup
plicatio. Tertium eſt tempora
le. ⁊ hoc eſt elemoſinarum ero-
gatio. Quartum eſt ſingulare:
⁊ hoc eſt corporis chriſti immo
latio Et quodlibet iſtorum de
bet valere quantum eſt ex parte
offerrentis tria milia dragmas
argenti. ⁊ debet mitti in irl'em
ſupernam. firmiter expectādo
glorioſam reſurrectionē Quod
libet dico iſtorum ſacrificiorū
que debent offerri pro mortuis
debet offerri cum fidelitate pro
feſſionis. quam intelligo in ter
nario ꝓpter trinitatem perſona
rum quam fides credit. Cum
ſecuritate dilectionis. quam in
telligo in millenario ꝓpter nu-
meri perfectionem. caritas cū
eſt ſm apoſtolum vinculum ꝑ
fectionis. Cum ſimplicitate in
tentionis quam in dragma in-
telligo. Eſt enim dragma nu-
mus certe quantitatis habens

ymaginem regis: In omni em̄
ſacrificio quod offertur ꝑ mor-
tuis debet offerens oculum in
tentionis ſue dirigere ad hono-
rem regis glorie. ⁊ ad purga-
tionem ſue ymaginis: que ē ani
ma hominis mortui que ī pur-
gatorio expiatur. Cuȝ honeſta
te conuerſationis quam in argē
to claro ⁊ puro intelligo Debet
etiam offerri cū liberalitate ero
gationis. vt iſta ſacrificia nō vē
dat. non mutuet. non accomo-
det: ſed liberaliter mittat ⁊ do-
net. ſicut fecit iſte Judas ad lit-
teram. qui miſit iſtas. xij. milia
dragmas argenti offerri in ie-
ruſalem pro peccatis mortuo-
rum: ita etiam quilibet noſtrū
debet iſta liberaliter mittere in
ieruſalem ſupernam. Cum fir-
mitate etiam expectationis. be
ne quidem ⁊ religioſe de finali
reſurrectione cogitando ⁊ eam
firmiſſime expectādo. aliter em̄
ſuperflua ⁊ vana eſſent omnia
que pro mortuis faceremꝰ. ſic
enim dicitur de iſto iuda ꝙ mi
ſit Jeroſolimā omnia ſupradi-
cta: iuſte ſeu bene ꝺ reſurrecti-
one cogitans. Niſi enim eos q̇
ceciderant id eſt mortui fuerāt
reſurrecturos ſperaret ⁊c. J
Jlle autē bene ⁊ religioſe de re
ſurrectione cogitat qui fideliter
credit ⁊ firmiter ſperat ꝙ hū̄a-
na corpora quantumcunq; pu
trefacta ⁊ viciata fuerint: in fi-
ne mundi ⁊ in die iudicij. virtu
te diuina reſurgent. ⁊ anime ip
ſorum ea reſument. eiſq; reu-
nientur inſeparabiliter. hoc em̄
aſtruit vera fides. ⁊ confitetur
ſimpliciter. quod etiam patres
veteris teſtamenti crediderūt.
⁊ inſcripturis ſuis reliquerunt
dicit enim propheta in pſalmo
loquēs deo. Exaudi deus ora-
tionem meaȝ: ad te omnis caro
veniet. ⁊ beatꝰ Job. xix. Scio
enim ꝙ redemptor meus viuit.
⁊ in nouiſſimo die de terra ſur-
recturus ſum. ⁊ rurſum circū-
dabor pelle mea. ⁊ ī carne mea
videbo deum ſaluatorem meū
Quem viſurus ſum egoipſe:
⁊ oculi mei conſpecturi ſunt. et
non aliꝰ. Repoſita eſt enim hec
ſpes mea in ſinu meo. Dicit au
tē. ſcio enim. in perſona omnis
hominis. ⁊ non dicit certe pro
veritate fidei. cui nil falſum ſub
eſſe poteſt. Jlle vlterius de re-
ſurrectione bene ⁊ religioſe co
gitat qui inter homines reſur-
gentes credit et ſperat magnaȝ
differentiā futurā eſſe. Oportȝ
enim credere ⁊ ſperare ꝙ electo
rum corpora erunt fulgida ſub
tilia. ⁊ non ſolum immortalia
verum etiam ⁊ ſimpliciter im-
paſſibilia. ⁊ ꝙ viuant ſimul cū
anima vita glorioſa. nam ipſiꝰ
aīe glīa ī corpa redūdabit. Re-
proborum autem corpora et ſi
ſint futura immortalia: erunt

tamē ſūme paſſibilia. ⁊ ſine ali
is dotibꝫ viuent ꝑpetuo ꝑ ani-
mā. vita tamē illa potius mors
dicēda eſt q̄ʒ vita. Hāc aūt dif-
ferentiaʒ ponit ſaluator. Iohā.
v. dicēs Uenit hora in qua om
nes qui in monumētis ſunt au
dient vocem filij dei. ⁊ ꝓcedent
qui bona fecerūt i reſurrectōem
vite. qui vero mala egerūt in re
ſurrectionē iudicij. Et hoc idem
ꝓpheta dixerat daniel. ſicut ha-
betur Dañ. xij. Multi inquit.
de hijs qui dormiūt ī terre pul
uere: euigilabunt. alij quidem
in vitam eternā. ⁊ alij in obpro
briū vt videant ſemper. Et illi
pueri de quibꝫ habetur. ſecūdo
Mach. vij. quorum vnus dixit
illi anthyocho. Rex mūdi nos
defunctos ꝓ ſuis legibꝫ: in eter
ne vite reſurrectione ſuſcitabit
E alius dixit eidem. Tibi em̄
reſurrectō ad vitam nō erit. nec
etiam ſuꝑple alijs peccatoribꝰ
qui male morientur. ⁊ tamen re
ſurgent R Reuera ſi in quo
libet iſtorum ſacrificioꝝ que de
bent offerri ꝓ mortuis. iſta. vj.
ꝑdicta ſunt: tūc q̄dlibet erit ac
ceptum deo. tale em̄ fuit ſacrifi
cium abel. de quo dicit apoſto-
lus hebre. xj. Q fide abel plu-
rimā hoſtiā q̄ʒ cayn obtulit deo
per quam teſtimonium conſe-
cutus eſt eſſe iuſtꝰ. teſtimoniuʒ
perhibente muneribꝫ eius deo
Talibus em̄ muneribꝰ que cū
talibus offeruntur virtutibus
deus perhibet teſtimoniū. quia
ea acceptat. Ergo pro deo offera
mus ꝓ mortuis iſta ſacrificia.
ſicut ſuo modo fecerat iudas ⁊
ſocij ſui. Certum enim eſt ꝙ ip
ſi obtulerunt ꝓ hijs. qui ꝓſtra-
ti fuerant ſacrificium cōpaſſio
nis ⁊ ſacrificium orationis. nā
ſicut dicit textus parum ſupra
ſe ↄuerterūt omnes ꝓ ip̄is mor
tuis ad preces. Sacrificiū etiā
erogationis. nam quilibet tan
tum de ſuo ↄtulit ꝙ iudas po-
tuit inde mittere. xij. milia dra-
gmas argenti Obtulerūt etiaʒ
non ſacrificium ſingulare cor-
poris domini quia nonduʒ in-
ſtitutum erat. nec in cruce obla
tum erat. ſed fecerūt offerri iſta
ſacrificia que iſtud figurabant
Ergo offeramus ⁊ nos ſupra-
dicta ſacrificia. id ē. beneficia. ⁊
mittamus ea in ieruſalem ſuꝑ
nā in ↄſpectu diuine maieſtatꝭ
inſtar ipſius iude. de quo dicit̄
ꝙ miſit iſta que dicta ſunt ieru
ſolimā offerri ea ibi ī ſacrificiū
ꝓ peccatis mortuorū. Sacrifi
cemus ergo pro mortuis ſacri
ficium iuſticie. ſicut dicitur in
pſal. Iuſtum enim eſt vt mortu
is corde condoleamus. illis di-
co quoꝝ anime ſunt in purga-
torio ⁊ ope ſubueniamꝰ. vt etiā
pro ip̄is preces fundamus ⁊ im
maculatā hoſtiam offeramus:
vel offerri faciamꝰ. Sacrificiū

em̄ altaris tante virtutis eſt q̄n
te vnq̄ȝ fuit. Cū ergo oblatuȝ in
cruce pctm̄ deleuit: debitū ſol-
uit. nō eſt dubiū quin etiā nūc
immolatū in altari: eandeȝ ha-
beat efficaciam: q̄ȝtū eſt de ſe. q̄ȝ
uis nō habeat eandeȝ efficaciā
totaliter. qꝛ nō eſt ordinatū di
uinitus ad illa om̄ia ad q̄ fuit
ordinatū cum fuit immolatū ī
cruce. valet tm̄ immolatū in al-
tari ad deletōem peccatoruȝ ve
nialium. ad liberatōem anima
rum a carcere purgatorij ꝛ a pe
nis. dicit em̄ apl's ad Heb. x. ꝙ
ſctificati ſumꝰ ꝑ oblatōȝ corꝑis
ihesu xp̄i. qđ quidē verū eſt ſuo
modo: nō ſolū cum fuit oblatū
in cruce: verum etiā cū quotti-
die immolaꝛ in altari. Et mitta
mus iſta ſacrificia in irl'm ſuꝑ-
nam ꝓ mortuis: expectantes fir
miter reſurrectionem corporū
humanoꝝ. alias em̄ non eſſent
ꝓ mortuis fructuoſa. Sic eniȝ
fecit iſte iudas. ſic̄ h̄ dꝛ: iuſte et
bene de reſurrectiōe cogitans.
niſi enim eos qui ceciderāt re-
ſur. ꝛc̄.

Hic aūt occur-
rit vnum dubium de hoc ꝙ di
cit. niſi mortuos reſurrecturos
ſperaret: vanum videretur eſſe
orare ꝓ mortuis. Sed contra.
eccleſia orat pro animabꝫ mor-
tuoꝝ vt a penis liberentur pur
gatorij etiam anteq̄ȝ corpora re
ſurgant. ſicut quottidie multe
liberantur. corpora etiā non re
ſurgent niſi in nouiſſimo die.
ergo dato ꝙ corꝑa humana nū
q̄ȝ reſurgerent: non eſſet vanuȝ
orare pro animabꝫ. que natura
liter incorruptibiles ſunt. vt a
penis liberarentur ꝛ euolarent
ad gaudia ſempiterna. Sed ſi
dicas iuxta Augu. xij. de ciuita
te dei ꝙ anime nō poſſunt ſine
corporibꝫ perfecte beatificari.
quia propter naturalem incli-
natōem quā habent ad corpus
non poſſunt ferri in ſummum
celum. Non ſufficit hoc dicere
vt videtur. q̄a eccleſia non orat
ꝓ ꝑfecta beatificatione anima-
rum: ſed ꝓ expeditione earum
a penis purgatorij. dicendo a
porta inferi. ꝛ tranſitu illarum
ad illaȝ gloriā quā habent nūc
multe ſanctorum anime quarū
corꝑa ſunt in ſepulchris. Dicē
dum ad omnia iſta: ꝙ niſi om-
nis homo crederet futuraȝ eſſe
reſurrectionem humanorū cor
porum: vana eſſet fides ſua ꝓ-
culdubio. quia nulla eſſet cum
non eſt fides vera niſi ſit inte-
gra. id eſt. actus credendi om̄s
ſicut dicit apoſtolꝰ. j. ad Coꝝ.
xv. Q̄ȝ ſi mortui nō reſurgunt:
neq̄ȝ xp̄s reſurrexit. vana eſt fi
des noſtra. ac ꝑ hoc vt nulla. ſe
quiꝛ ꝙ neq̄ȝ ſpes neq̄ȝ actꝰ aliq̄
eſſent ī nobis. ac per hoc ſeque-
retur ꝙ vana eſſent omnia que
pro nobis ꝛ ꝓ alijs faceremus.
Tunc vtiq̄ȝ ſi ita eſſet: eſſet va-

nū orare ꝓ mortuis. ſup. ſi non crederemꝰ nec ſperaremꝰ futurā corporū reſurrectōez. Preterea nō dicit h ſcriptura ꝙ vanū eſt orare ꝓ mortuis niſi ſꝑaret̃ futura corpoꝝ reſurrectio. ſed dicit ꝙ vanū videret̃. Et reuera ſic hōibꝰ videret̃: qꝛ cū aīa nō mereat̃ niſi in corꝑe et ꝑ corpꝰ. ita ꝙ oꝑatio meritoria dr̄ potius oꝑatio totiꝰ ꝯiūcti ex aīa ⁊ corpore q̄z ipiꝰ aīe ſolū. ex q̄ ſequit̃ ꝙ remuneratio plena potiꝰ erit totiꝰ ꝯiuncti q̄z anime ſolū. Si ergo corpꝰ nūq̄z reſurgeret nec vnq̄z cū anima ꝑticiparet beatitudinem. nec h ſꝑaret̃: tūc videret̃ vanū orare ꝓ animabꝰ mortuoꝝ. qꝛ ſic videret̃ ꝙ corꝑa nihil vnq̄z ꝑticiparent de beatitudine: ita poſſ3 videri etiā d animabꝰ. Et vlteriꝰ ſi anime ⁊ corpora nūq̄z ꝑticiparent beatitudinem: vanum eſſ3 orare ꝓ eis. Preterea omīs oꝑatio videtur eſſe vanum q̄ vel nō attingit finem vltimū: vel penitꝰ nihil facit ad aſſecutōem ipiꝰ. finis aūt noſter vltimꝰ eſt ꝑfecta beatitudo. que eſt ꝑfecte terminatiua omnis appetitꝰ ⁊ inclinationis ipiꝰ anime. ac ꝑ hoc ꝑfecte quietatiua. ſed iſtud nūq̄z eſſet niſi corꝑa reſurgerent: ⁊ anime eis reunirent̃ ſicut ꝓpriis ꝑfectibilibus. quia anima ſeꝑata ſemper ipm appetit. nec poteſt habere ſine ipſo perfectum eſſendi modum: ⁊ ꝑ ꝯſequens nec oꝑandi. Ergo hoc poſito ꝙ non eſſet futura reſurrectio corporum. ⁊ hoc nō ſperaret̃: vana videret̃ eſſe oratio q̄ fieret ꝓ animabus quia illa oratio nihil faceret ad ꝯſecutōem vltimi finis. Bene ergo dicit hic ſcꝑtura ꝙ niſi ſperaret ille iudas eos q̄ ceciderāt reſurrecturos: eſſet ſuꝑfluū ⁊c̄. Quod euidentius declarat per illud quod ſubditur. ꝙ ipē conſiderabat ꝙ hij q̄ cū pietate ⁊c̄. ſequit̃. optimā haberent repoſitam grām. Optima aūt gratia eſt perfecta beatitudo. que quietat omnē appetitū anime: q̄ non poteſt ſine corꝑe quietari. Iſtud autē euidenter innuit ſaluator Johannis. vj. cum dicit. Qui credit in filium dei: habet ſup. in ſpe vitam eternam. ⁊ ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Unde innuit aperte ꝙ nō habebit̃ plene vita eterna niſi ꝑ reſuſcitatōem corporum. Et q̄zuis talia ſuffragia viuoꝝ ordinent̃ ad expeditiōez anime de purgatorio. ꝓncipaliꝰ tamen ordinant̃ ad aſſecutōem ꝑfecte beatitudinis: q̄ ſine corꝑe nūq̄z erit. Uel ſolum ſi nō ſperaretur ꝙ corpꝰ deberet ſuo mō illā vitā ꝑticipare: vanū videret̃ hominibꝰ ꝓ ipſa anima orare. ſic̄ dictū eſt ſupra. Uel dicendum

ꝙ intētio eſt hui⁹ ſcp̄ture ⁊ ſcri-
ptoris ſolū ꝯmendare iudā de
fide immortalitatis aīe hoīs: q̄
manet poſt mortez. ⁊ q̄ ſi cum
pietate exiuit de corꝑe eidē glo
rioſe reunietur. Et reuera ſi ani
ma cū corꝑe ſimul finiret̄: ſicut
dixerunt aliq̄ infideles. tunc va
num eſſet ꝓ mortuis orare.
M Tertio p̄ncipal̄r tangit
ſcp̄tura ⁊ aperte innuit qualis
debet eſſe conditio illi⁹ mortui
q̄ adiutoriuz requirit. quia hec
cōditio eſt deuota ſuſceptio ſa-
cramentoruz. ⁊ hoc vel actu vel
ſolum in deſiderio. cum ſubdit
[Sed q꞉ ꝯſiderabat ꝙ hij q̄ cū
pietate dormitōem ] .ſ. mortis.
[accep̄ant optimā haberēt r̄po
ſitam grām ] .i. beatitudinez ꝑ-
fectam. Et iſto loco veterꝫ teſta-
menti ꝓbat̄ aperte ꝙ ſit futura
reſurrectio corpoꝝ hūanoꝝ. q̄
ſimul cū anima ꝑticipabūt glo
riā in eternū. Sꝫ occurrūt ꝉ
dubia. Primo: quō iſte iudas
credebat de illis q̄ fuerūt mor-
tui apud Jamniā ꝙ dormiuiſ-
ſent cum pietate. cuꝫ pietas ſit
verus cult⁹ dei. Nunc aūt non
eſt ver⁹ cultus dei niſi ſub lege
euāgelica: vt videt̄. Jlli autem
fuerunt mortui ſub lege moſay
ca. Preterea vbi non eſt di-
uine leḡ obſeruantia: nō poteſt
eſſe vera pietas. ſꝫ iſti fuer̄t mor
tui: ſicut dicitur eodem capitu
lo propter tranſgreſſionē legis
quia acceperāt de donarijs ydo
lorū que erant apud Jamniā.
Dicitur enim Deuterono. vij.
non inferes quippiam ex ydolo
in domum tuam. ne fias ana-
thema. Preterea non vide-
tur ꝙ iſte Judas haberet verā
fidez de celeſtibus bonis. quia
dicit: optimam haberent repo-
ſitam gratiam. cum tamen in
diuinis non promitterētur niſi
bona terre. Jſaie. j. Ad pri-
mum dicendum ꝙ om̄i temꝑe
⁊ in omni ſtatu humani gene-
ris potuit eſſe ſalus per fidem
mediatoris: quem maiores cre
debant explicite venturum. et
alij implicite. eadem autez fuit
fides antiquoruz que eſt ⁊ mo
dernorum. ⁊ ſicut moderni cre
dunt chriſtum veniſſe per quē
ſaluantur. ita credebant illi vē-
turum. per quem ⁊ ſaluati fue-
runt. q̄zuis ergo tempora mu-
tata ſint: vna tamen fides fuit
in illis que eſt in iſtis. ergo in il
lis potuit eſſe vera pietas. ⁊ fu
it in multis. q̄zuis non eſſent
ſub euangelica lege. Et reuera
Judas iſte: qui fuit vn⁹ de ma
ioribus: habuit explicite fidem
iſtam. Ad ſecundum dico ꝙ
ſi conſtitiſſet Jude ꝙ illi tranſ
greſſores legis q̄ acceperunt de
donarijs ydoloꝝ: fuiſſent mor
tui ſine vera penitentia: nunq̄
conſideraſſet eos dormiuiſſe

cum pietate. ſed ꝯfidēs in diui-
na miſericordia. ⁊ ꝙ illi homi-
nes pugnauerunt contra ydola
tras pro illius culpe tranſgreſ-
ſione ideo pro quitatione pene
quam credebat eos ſuſtinere in
purgatorio: ordinauit ꝙ fierēt
pro eis oratiões. ⁊ ſacrificia of-
ferrentur ¶ Ad tertiū di-
cendum ꝙ q̄uis iudei cõmuni
ter non multum curarēt niſi de
bonis temporalibꝰ. illis enim
dictum fuit illud. bona terre co
medetis. Juſti tamen viri ⁊ ele
cti credebant vel implicite vel
explicite eſſe futuram perfectā
beatitudinem quam aſſequen-
tur ſancti homines non ſolum
in anima: ſed etiam in corpore.
non in iſta vita: ſed in alia. non
ex meritis ꝓpriis: ſed ex meritis
perfecti mediatoris quem cre-
debant in mundum eſſe ventu
rum. ⁊ iſtam perfectam beatitu
dinem hic optimam gratiaȝ ap
pellauit. De omnibꝰ igitur qui
ante chriſti aduentum cum ve
ra pietate ſuſceper̄it mortꝭ dor
mitioneȝ: conſtat ſm fidem ꝙ
ipi vel iam habent: vel ſalteȝ ha
bebunt optimam gratiam id ē
beatitudinem perfectam. De il
lis autem qui fuerunt baptiza-
ti in chriſto, et ſacramēto fidei
regenerati: certū ē ꝙ qui dormi
tionem mortis ſuſceperunt cū
vera pietate habent optimā illā
gratiam: vel ad minus infalli-
biliter habebūt. Et pro illis ſpe
cialiter dictū eſt ſuperius ⁊ ad
huc dicit̄. ꝙ illi mortui qui ad
iutoriū a viuis requirūt ⁊ qui-
bus poſſunt ꝓdeſſe viuoruȝ ſuf
fragia: ꝙ eorū debet fuiſſe iſta
cõditio que eſt apta ꝓfeſſio cre-
dendoꝝ. ⁊ deuota ſuſceptio ſa
cramentoꝝ. de illis enim ſpeci-
aliter eccleſia ꝯſiderat dicēs ꝙ
qui cum pietate dormitionem
⁊c̄. Talibus enim qui ſic cum
pietate in chriſto obdormiunt
ſi diſceſſerunt cum aliquo pur-
gabili: eis credimus multū va-
lere predictum quadruplex ſa-
crificium. ſi tamē eo modo q̄ di
ctum eſt offerantur. illi em̄ nūc
cū pietate dormitionem mor-
tis accipiūt Qui cū cultu chri
ane religionis. Qui cum motu
deuotionis. Qui cum affectu
dilectionis. Qui cū propoſito
deſertionis peccatorum huic ſe
culo moriūtur. Qui etiam mi-
grant ab hac vita. Cū fidei cõ-
feſſione Cum ſacramentorum
ſuſceptione Cum peccatorum
perfecta ꝯtritiõe. Cum bonorū
ſuorum temporalium diſcreta
diuiſiõe ⁊ ordinatiõe diſcedūt
tamen cū aliquo purgabili qđ
oportet expiari penitꝰ añquaȝ
intrent in gaudia celi. Tales ei
moriuntur in domino. ⁊ idcir-
co vel ſūt vel erūt beati. Apoc̄.
xiiij. Tales ⁊ ſi morientur cor-
poraliter: q2 tamen viuūt ſpiri

tualiter: eoꝝ finis non dicitur
mors: ſȝ magis dormitio Mo
riunť em̄ cū ſpe glorioſe excita
tionis. ſ. quando nox vite pre-
ſentis tranſierit. ⁊ mane glorie
inclareſcere ceperit. qn̄ canet tu
ba nouiſſima dicens. Surgite
mortui ꝓperate ad iudiciuȝ dei
ihesu xp̄i. tūc tales optimā ha-
bebūt repoſitā gratiam. i. perfe
ctam anime ⁊ corporis gloriaȝ
que erit optima gratia ꝯſūma-
ta. Iſti aūt habent in ſpe repoſi-
tā gratiā. in re aūt reponendā. q̄
tandeȝ reponeť realiter ꝑpetuo
poſſidēda. Pro quo tūc ꝓprie i
telligiť illud Job. xix: Repoſi-
ta eſt hec ſpes mea. i. res ſpera-
ta in ſinu meo. vel etiam poteſt
intelligi quantū ad animas q̄
ſūt i purgatorio ꝓ nūc quantū
ad habitū ſpei quā habent fir-
miſſimā de glorie ꝑfecte aſſecu-
tiōe. vnde dicit. repoſita eſt hec
ſpes mea ⁊c̄. ꝑ quē modū loqui
tur ap̄l'us etiā viuens in mor-
tali corpe ſcđe ad Thimo. iiij.
Repoſita eſt mihi corona iuſti
cie ⁊c̄. Tales em̄ fuerūt vulne-
rati mortis iaculo: non in valle
infima cū dānatis. nec in mon-
tis vertice cū btīs. quoꝝ dāna
toꝝ penis nō poſſūt ꝓdeſſe nr̄a
ſuffragia. q2 ſūt valde mali. Si
aūt nō indigēt. q2 ſūt valde bo-
ni: ſed fuerūt vulnerati in colle
. i. in ſtatu cōmūis iuſticie. q̄ mi
grauerūt cū aliquo purgabili:
qui ſūt mediocriter boni. ⁊ me
odicriter mali. Nō em̄ ſūt val-
de boni. q2 ſūt in corꝑali pena.
nec ſūt valde mali. q2 ſunt ſine
mortali culpa D Talibus
em̄ ꝓſūt viuoꝝ ſuffragia. ſicut
dicit innocentius extra de cele.
miſ. Capit. cū Marthe. vbi di
cit ꝙ illa q̄ fiunt ꝓ valde bonis
ſūt gratiaꝝ actiōes. q̄ aūt fiūt ꝓ
valde malis ſūt viuoꝝ ꝯ̄leſcun
ꝗ ꝯſolatiōes. q̄ aūt fiūt ꝓ medi
ocriter bonis ſunt expiationes.
Que auteȝ fiūt ꝓ mediocriter
malis ſunt ꝓpiciatōes. ꝑ ſuffra-
gia em̄ viuoꝝ expiantur tales
a culpa veniali. ſiquā habent. et
de9 ꝓpiciať eis ad dimiſſionē vľ
ad remiſſionē pene. Hij ſūt vi-
ri miſcđie quoꝝ pietates nō de
fecerūt: ſicut diciť Eccľi. xliiij.
viri vtiqȝ miſcđie. qui dei miſe
ricordiā cognouerūt. ⁊ ipaȝ in
ſtāter poſtulauerūt. q̄ miſcđiā ſi
bi ipis fecerūt. ⁊ eā ꝓximo impē
derūt: ideo digni miſcđia a ſecu
lo migrauerūt. Math. v. Bti
miſericordes ⁊c̄. vn̄ ſubdiť. q̄ꝝ
pietates nō defecerūt Uere non
defecerūt. q2 ꝓpter pietates eoꝝ
de9 de ipis pie recordať ⁊ etiaȝ
ipis exhibet officia pietatꝭ. ⁊ de
bet. quia ſunt in pena. a qua ta
mē poſſunt expediri. et non poſ
ſūt ꝑ ſe ipos ſe iuuare. quia dor
miūt. Sicut aūt dormiens nō
poteſt oꝑari. nō poteſt ambula-
re. nō poteſt loqui. poteſt tamen

plangere ſic ⁊ illi quoꝝ anime ſunt in purgatorio nõ poſſunt opari opa meritoꝝ. nõ poſſunt ambulare p viã mãdatoꝝ. nec poſſũt loqui laudando deũ nec faciẽdo ꝯfeſſionẽ pctõꝝ. poſſũt tñ plãgere petẽdo caritatẽ viuorũ. Ergo quia ĩdigẽt ꝓpter grauitatẽ ſupplicij. ⁊ qꝛ p ſe nõ poſſunt ſe iuuare. qꝛ iaꝫ ſunt extra ſtatũ meriti. ⁊ qꝛ noſtra ſuffragia poſſũt eis ꝓficere. qꝛ ſunt ſine ſcoria mortalis pcti. ⁊ in ſtatu gratie dei. ⁊ in ſpe firma glorie padyſi. debem⁹ ꝓ eis p̃dicta ſacraficia immolare. Unicuiqꝫ em̃ taliũ dicit̃ Job. xj. Cũ te ꝯſũptum putaueris. ſ. reſpectu tui corpis: orieris. ſ. in claritate vt lucifer. ſ. ĩ vniuerſali reſurrectione cũ. ſup. interim habebis fiduciã ꝓpoſita tibi ſpe de glorie pfecte adeptiõe. ⁊ defoſſus. i. in fouea poſit⁹. ⁊ terra defoſſa coptus: ſecur⁹ dormies. ſecurus quidem de pene infernalis euaſione. requieſces. ſ. in ſepulchro ⁊ nõ erit q̇ exterreat. ſ. p eterne pene cõminatiõem. Null⁹ em̃ eternã penã cõminabit̃ eis. ergo iuuem⁹ iſtos. ⁊ nõ mltũ curem⁹ de illis qui ſunt in inferno. de q̇b⁹ ibidẽ ſubdit̃. Oculi aũt impioꝝ. i. intẽtio eoꝝ ⁊ deſideriũ deficiẽt. ſemp em̃ inſpexerũt ad malicias ⁊ ꝯſeqñt̃ penalitatẽ. ad diuicias ⁊ ꝯſequentur eternã lacrimatiõem. Sequtur. ⁊ effugiũ peribit ab eis. nõ em̃ poterũt effugere. ⁊ ſpes illorum. i. res ab illis aliqñ ſperata abominatio eſt anĩe illoruꝫ. qꝛ ꝓpter illa que aliqñ ſperauerũt tollerabũt penã ſẽpiternã ¶

Quarto ⁊ vltimo docet iſta lectio qualis debet eſſe ꝯditio finis gl'ie ꝓpter quẽ quis mortuos iuuare intẽdit. qꝛ hec ẽ ſolutio debitoꝝ in quib⁹ mortui ſunt obligati deo. ita ꝙ nũq̃ꝫ videbũt deum viſiõe glorie donec ſoluerint nouiſſimũ q̃drantem ⁊ hoc innuit̃ hic cũ ſubinfertur [Sctã ergo ⁊ ſalubris eſt cogitatio ꝓ defũctiſ exorare vt a peccatis ſoluãtur.] O de peccatis quanta mala faciũt. Inducunt em̃ animã in obligatiõem grauiſſimã. que niſi plene ſoluta fuerit: nũq̃ꝫ aĩa exibit purgatoriũ intrabit paradyſuꝫ. euadet tormentũ. aſſequet̃ eternũ gaudiũ. ab hac obligatiõe ſolus de⁹ ſoluit p̃ncipaliter. iuxta pſal. Dominus ſoluit cõpeditos. Sed viui bñ poſſũt iuuare mortuos modis p̃dictis. vt manu diuine clemẽtie celeri⁹ a debito ſoluant̃. qꝛ vt h̃ dicit̃. Sctã ⁊ ſalubris eſt cogitatio ꝓ defũctis exorare. vt a pctis ſoluãt̃. i. a pena tpali debita pctis ⁊ etiã quibuſdaꝫ pctis ſoluant̃. Quãuis em̃ pctã mortalia nõ poſſũt remitti poſt hanc vitã. qꝛ anime que recedunt cũ peccato mortali nõ

habēt caritatē. ſine qua nec poſ
ſūt ipē aliq̄d mereri. nec viuoꝝ
meritis iuuari. Eſt em̄ caritas
meriti ſicut datuꝫ meriti. dico
de digno nō ꝯdigno. poſſūt tñ
pctā venialia in iſta vita deleri
in illis aīabꝫ dūtaxat que ī pur
gatorio expiant̄. qꝛ ſunt in gra-
tia ⁊ caritate dei Ergo faciamꝰ
qḋ in nobis eſt. vt deus audiat
gemitꝰ cōpeditoꝝ. ⁊ ſoluat ſili
os īterēptoꝝ. vt nos qui aliqñ
ligati eramꝰ mereamur ꝑ viuo-
rū̄ ſuffragia abſolui. Dicit̄ em̄.
Eccī. tertio. ꝙ elemoſina patris
.i. quā aliquis dat ꝓ aīa patris
ſui: nō erit in obliuiōe corā deo
⁊ quam aliquis dat ꝓ pctō ma-
tris memorabit̄ ciꝰ. ſ. deus vel
elemoſina in die tribulationis
.i. in penis purgatorij̄. ⁊ ſicut ī
ſereno glacies ſup. ſoluit̄. ⁊ hoc
qñ eſt tp̄s calidū. ſic ⁊ pctā ta-
lis hominis tūc ꝑ viuoꝝ ſuffra
gia ſoluent̄. pctā quidē .i. pene
peccatis debite. vel pctā .i. cul-
pe veniales. ſi in talibꝫ deceſſit
Innuit em̄ expreſſe ſaluator ꝙ
pctā aliq̄ in futura vita poſſūt
deleri. cuꝫ dicit de blaſphemia
ſpūſſcti Matth. xij. ꝙ non re-
mittet̄ in hoc ſeculo nec in futu
ro. Non quidē mortalia. vt di-
ctū eſt. ergo venialia remittunt̄
Ex hoc loco veteris teſtamenti
aperte ꝓbatur ꝙ non ſolum eſt
dare ꝓ animabꝫ que recedent a
corporibꝫ paradyſū vl̄ infernū.
⁊ limbū. quātū ad animas ſan
ctoꝝ patrum qui aduentū xp̄i
preceſſerunt. ſed etiam eſt pone
re locū penalem purgatorium.
in quo purgantur anime illorū
qui moriunt̄ in domino. ⁊ etiā
purgabantur ante chriſti aduē
tuꝫ. dicitur enim hic ꝙ ſalubre
eſt ꝓ defunctis exorare vt a pec-
catis ſoluantur. Certum enim
eſt ꝙ non oportet orare ꝓ ani-
mabus que ſunt in celo. qꝛ non
habent peccata a quibꝫ ſoluan-
tur. nec pro illis qui ſunt in in-
ferno. quia etiam tales non poſ
ſunt a peccatis ſolui. ergo dici
tur de animabꝫ que ſunt in pur
gatorio. quoꝝ peccata ſolui poſ
ſunt. Nec hoc etiaꝫ intellexit iu
das pro animabꝫ illis que erāt
tunc in lymbo. quia ipſe qui fi
delis erat nl̄lo modo credebat
ꝙ anime illorum qui fuerant
mortui apud Jamniaꝫ. cum fu
iſſent mortui propter graue pec
catum. vt ſuperius eſt dictum.
eſſent in lymbo cum animabꝰ
patrum: ſed credebat ꝙ eſſent
in purgatorio ad purgationem
penarum tp̄is pro peccatis de-
bitarum. Eſt igitur neceſſariuꝫ
ponere locum purgatorij̄. cuiꝰ
tamen cōtrarium habent here-
tici ⁊ valdēſes. Juuemus ergo
mortuos. vt cuꝫ erimꝰ mortui
mereamur iuuari ꝑ viuos. Qḋ
nobis ꝯcedat ⁊c.

**De animabus**
**Sermo quint⁹.**

N **Olumus** vos ignorare de dor
mientib⁹ ꝛc̄.p̄mo ad
Theſſal'.iiij. Q Jn iſto ca
pitulo poſtq̄ꝫ apl'us reuocauit
iſtos theſſalonicē̄ſes a moꝝ diſ
ſolutōe: in iſta pte reuocat eos
a fidei impfectōe: ꝛ maxīe circa
articulū̄ reſurrectōis Ubi facit
q̄ttuoꝛ. Primo em̄ tāgit ſcribē
di occaſionē. Scđo oñdit ex fa
cto xp̄i futuꝫ reſurrectōem. ibi
[Si em̄ credim⁹ ] Tertio tāgit
reſurrectōis ſeriē ꝛ oꝛdineꝫ. ibi
[H ci vob dicim⁹ ] Quarto hoꝛ
tat eos ad mutuā in ſpe reſur-
rectōis ꝯſolatōeꝫ. ibi [ Jtaqꝫ cō
ſolami. ] Primo tāgit ſcribēdi
occaſionē. q̄ fuit incōſolabil' cō
triſtatio quā oñdebāt aliq̄ theſ
ſalonicenſes ſup moꝛte caroꝝ
ſuoꝝ. Sic em̄ dolebāt đ moꝛte
ipoꝝ ac ſi eſſent totaliter moꝛ-
tui ꝛ nūq̄ꝫ victuri. ſic dolēt mul
ti infideles q̄ nō ſperāt ꝙ moꝛ-
tui reſurgāt Primo igit' in iſta
pte dat de reſurrectōe documē-
tū. ſcđo aſſigt documēti fructū
ꝛ emolumentū. ibi [ vt nō cōtri
ſtemini ] tertio iplicat creden-
tib⁹ emolumētū: nō credentib⁹
damnū ꝛ incōmodū. ibi [ ſic̄ et
ceteri ] Pro p̄mo dicit ill' theſſ.
q̇b⁹ ſcribebat [ Nolumus vos
ꝛc̄ ]. i. de moꝛtuis q̄s appellat
doꝛmientes ꝓpter facilitateꝫ re
ſurrectiōis. q̄ erit ita facilis ſic̄
eſt excitatio a ſomno. Un̄ Da-
niel'. xij. đr euigilatio. Multi:
dicit ꝓpha: de hijs q̇ doꝛmiunt
in terre puluere: euigilabunt. i.
reſurgent. Bn̄ multi. q2 oīs.
vt dicit ibidem glo. De iſtꝭ doꝛ
mientibus. i. moꝛtuis: nolebat
apl's ignoꝛare qm̄ eſſēt reſurre
cturi Hoc em̄ ignoꝛare eſſꝫ val
de periculoſum. j. ad Coꝝ. xv.
Si in hac vita tm̄ in xp̄o ſperā
tes ſum⁹: miſerabilioꝛes ſum⁹
omnib⁹ hominib⁹. Hoc ergo
vult eos non ignoꝛare. nec ta-
men vult hoc eos ſcire. quia de
futura reſurrectione non habe
mus ſcientiā ꝓprie dictaꝫ: quia
ſolum ꝑ fidem tenem⁹ ip̄aꝫ eſſe
futuram. nec tn̄ habem⁹ de ipſa
ignoꝛantiā. quia credim⁹ ip̄am
eſſe futurā. Credere auteꝫ largo
modo poteſt dici ſcire. ymmo ꝛ
videre. q̄ꝫuis enigmaticū ꝛ ſpe
culare. iuxta illud apl'i. p̄me ad
Coꝝ. xiij. Uidem⁹ nunc ꝑ ſpe-
culum in enigmate. Et ad He
bꝛe. xj. dicit ideꝫ. ꝙ fides eſt ar
gumentum nō apparentiū. per
q̄dlibet aūt argumentū: niſi ſit
ſophiſticū: aliq̄ noticia generat'
Quāuis igit' nō habeam⁹ de cre
dibilib⁹ ſcientiā ꝓprie dictā. nō
tn̄ ea ſimpl'r ignoꝛam⁹. q2 ſicut
dicit Hugo. fides eſt infra ſciē
tiaꝫ: ꝛ ſupꝛa opinionē ꝯſtituta.

R ¶ Pꝛo ſecundo addit [vt
non cõtriſtemini] .i. totaliter ⁊
incõſolabilit̃ triſtemini de moꝛ
te amicoꝝ veſtroꝝ. ¶ Pꝛo tertio
ſubdit. [ſicut ⁊ ceteri] .i. infide
les ſup. ꝯtriſtant̃ incõſolabili-
ter. [qui ſpem non habẽt.] ſup.
future r̃ſurrectionis ¶ Pꝛouerb.
xxiiij. ¶ Nõ habẽt futuroꝝ ſpem
mali. Igit̃ in credentibꝫ eſt ma
gnũ emolumẽtũ nõ ignoꝛare d̾
moꝛtuis ꝙ ſint ad vitã r̃dituri.
qꝛ ꝓpter fidẽ ⁊ ſpẽ quã hñt d̾ fu
tura reſrectõe. ⁊ ſi ꝯtriſtãt̃ natu
raliter de moꝛte amicoꝝ ſuoꝝ:
nõ tñ ꝯtriſtãtur incõſolabiliter
qꝛ ſm̃ glo. ⁊ ſi naturalis amoꝛ
triſticiã gignit: ſpes tñ ꝯſolat̃.
hĩc igit̃ ꝯſolamur: ⁊ inde angi-
mur. cũ infirmamur ĩde doloꝛ
afficit: hĩc fides reficit. inde do
let hũana ꝯditio: hĩc ſanat diui
na ꝓmiſſio. ¶ Nec miꝝ ſi triſta-
mur in moꝛtibꝫ nr̃oꝝ qꝛ ⁊ xp̃s
dñs ſuꝑ lazaro moꝛtuo fleuit.
Johã. xj. ¶ Fleuit quidẽ. vt dicit
gloſa. nõ moꝛtuũ quẽ mox ſuſci
tauit. ſꝫ moꝛtẽ quã hõ peccãdo
ꝯtraxit. In nõ credẽtibꝫ eſt dã-
nũ magnũ iſtud ſimpl'r ignora
re. vicꝫ ꝙ moꝛtui ſint ad vitã re
dituri qꝛ ex h̾ ĩcõſolabil'r cõtri-
ſtant̃. nõ g̃ dicit apl'us abſolute
vt nõ ꝯtriſtemini. qꝛ vtiqꝫ ꝯtri
ſtãdũ eſt. ſed addit ſicut ⁊ ceteri
qui ſpẽ nõ habẽt. ꝓpter quã qui
dem ſpẽ moꝛtuos ipa ſctã eccl'a
iuuat. vñ Augu. in lib. de cura
agẽda ꝓ moꝛtuis ¶ Oꝛatiõibꝫ. in
quit ſctẽ eccl'e ⁊ ſacrificio ſalu-
bꝛi ⁊ elemoſinis que ꝓ eoꝝ ſpi
ritibꝫ erogant̃ nõ eſt dubitãduꝫ
moꝛtuos adiuuari. vt cum eis
miſericoꝛdiꝰ agat̃ a dño q̃ꝫ eoꝝ
pctã meruerunt. ¶ Hoc eiñ ſicut
pr̃ibꝫ traditũ vniuerſa obſeruat
eccl'ia. vt ꝓ eis q̇ ĩ ꝯmuniõe coꝛ
ꝑis ⁊ ſãguinis xp̃i defũcti ſunt
⁊ ipiꝰ ſacrificij oblatio ⁊ deuo-
ta fideliũ oꝛatio. ⁊ elemoſinaꝝ
largitio nõ inaniter: ſed cũ fru-
ctu maximo fiãt. ⁊ ſubdit augu
ſtinꝰ. ¶ Nõ eſt ambigẽdũ iſta ꝓ-
deſſe defũctis: ſed talibꝫ qui ita
vixerũt añ moꝛtẽ vt poſſint eis
vtilia eſſe poſt moꝛtẽ. ¶ Naꝫ qui
ſine fide oꝑante ꝑ dilectõeꝫ. eiꝰ
qꝫ ſacramẽtis de coꝛꝑibꝫ exiert:
fruſtra illis a ſuis huiuſmodi
pietatis ĩpẽdunt̃ beneficia. cuiꝰ
modi tñ hec eſſent: pignoꝛe ca-
ruerũt ¶ Nõ ergo moꝛtuis noua
oꝑant̃ merita cũ ꝓ eis aliquid
boni oꝑant̃ ſui: ſed eoꝝ p̃cedẽti
bus iſta ꝯſeq̃ntia addunt̃. Igit̃
in moꝛte caroꝝ debemꝰ ꝯtriſta
ri ſanabili doloꝛe. ⁊ ꝯſolabiles
lacrimas fũdere ꝯditiõe moꝛ-
tali. quas tñ redimat gaudiuꝫ
fidei q̃ credunt̃ fideles qñ moꝛi
unt̃ aliquantulũ a nobis abire:
⁊ ad melioꝛa tranſire. qꝛ ꝓpter
hoc a fidelibꝫ ꝓ viribꝫ cura ſe-
peliendi ⁊ ſepulchꝛa ꝯſtruendi
(que in ſcriptura ſacra inter bo
na oꝑa deputata ſunt, non ſo-

lũ in corꝑibꝫ ꝓphāꝝ ꝛ alioꝝ ſcō
rũ: veꝝ etiā ꝛ i ipſiꝰ dñi corꝑe)
laudati ſũt q̇ iſta fecerũt. Imple
ant igit̄ homies erga ſuos po-
ſtremi officia munerꝭ. ꝛ ſui hu-
mani lamẽta meroris. verũ illa
q̄ adiuuāt ſpem defũctorũ. ſcꝫ
oblatões. orões. ꝛ elemoſyna-
rũ erogatões ꝓ ipſis defunctis
obſeruātiꝰ ꝛ abũdantiꝰ impen-
dāt. Iſta eñ ſolũ defũctos ad-
iuuāt. Illa vo ꝛ ſi mala nõ ſint
ymmo bona. ſi moderate fiant
ſm ꝑſone exigentiā. magis tñ
ſũt ad viuorũ ſolatiũ q̄ȝ ad auxi
liũ defunctoꝝ. Vñ Aug. vbi ſ.
Pompa funerꝭ. agmīa exequiaꝝ
ſũptuoſa ſepult̄e diligẽtia. mo-
numẽtoꝝ opulẽta ꝯſtructio: ſũt
q̄liacũqꝫ ſolatia viuoꝝ ñ adiuto
ria mortuoꝝ. Hec oīa ſcp̄ta ſũt
de libro Augꝰ. de cura agenda
ꝓ mortuis: ꝛ ſunt hic ꝑ maiori
ꝑte ī glo. ¶ Sequit̄ ⌊Si ei
credimꝰ ꝛc.⌋ vbi oñdit ex facto
xp̄i. q̇ mortuꝰ fuit ꝛ reſurrexit:
futurā etiā mortuorũ reſurre-
ctionẽ. Et facit duo. Primo ei
tāgit antecedens. ſ. xp̄i reſurre-
ctionẽ. Scdo ſubdit ꝯñs. ſ. re-
ſurrectõeȝ nrām. ibi ꝓpe. ⌊ita et
deꝰ⌋ Dicit igit̄ ſic ſe ꝯtinuans.
nõ debetꝭ ꝯtriſtari. eo mõ q̄ di-
ctũ eſt. de mortibꝫ hoīm q̄ȝtum
cũqꝫ caroꝝ ⌊Si ei credimꝰ ꝛc.⌋
ſic ſup. ꝛ crede debẽꝰ ⌊ꝙ iheſus
mortuꝰ eſt ꝛ reſurrexit⌋ ꝙ ei di-
cit mortuꝰ videt̄ obeſſe reſurre-
ctioni. ſȝ ꝙ addit. ꝛ reſurrexit.
generat ſpem de nr̄a reſurrecti-
one. ⌊Ita⌋ ſup. debẽꝰ credere ꝙ
ſup. ⌊ꝛ deꝰ⌋ ſup. trinitas ⌊eos
q̇ dormierũt⌋. i. q̇ mortui ſunt ⌊ꝑ
iheſum⌋. i. ꝓpter fidẽ iheſu. ſicut
mortui fuerũt martyres ſcti. vel
⌊ꝑ ihm⌋. i. ꝑ eũ vſqꝫ ad morteȝ
euntes tāq̄ȝ ꝑ fidẽ nr̄aȝ. Ipē eñ
eſt vita Ioh. xiiij. Nos eñ nõ
tm̄ ſuſcitabit deꝰ: ſȝ oēs mor-
tuos tam bonos q̄ȝ malos ſu-
ſcitabit deꝰ: ſȝ iſtos q̇ dormierũt
ꝑ iheſum. vt dictũ eſt. ⌊adducet
cũ eo⌋ in eadem beatitudīe et ī-
mortalitate. vt glo. dic̄ Ioh. xij
vbi dicit xp̄s. Ubi ego ſuȝ: illic
ꝛ miſter meꝰ erit. Boni ergo ho
mines erũt in ducatu dñi cũ ve
nerint ad iudiciuȝ dñi. idcirco
iuxta ꝓphetā in pſal. Ab auditi
one mala nõ timebũt. Mali āt
ſine ducatu venīẽt. ideo in ma-
ximo tremore erunt. Sȝ quid
facit apl's dicit glo. Xp̄m enim
qui iam non morit̄: ꝛ mors illi
vltra nõ dominabit̄. dicit mor
tuum. Dicendum ſm gloſam
ꝙ hoc idcirco facit. vt dum au
dimꝰ xp̄m fuiſſe mortuum ꝛ re
ſurrexiſſe: ita ſperemꝰ nos poſt
mortem tandem reſurrecturos
Electos autem homines mor-
tuos dicit dormiẽtes. quia ne-
mo tam facile poteſt excitare a
ſomno ſocium ſuũ q̄ȝ facile ex-
citabunt̄ omnes a ſomno mor-
tis. Dubitaret autem aliquis

de iſta ꝯſequentia quam ponit
apoſtolus. Si em̄ credim⁹ ꝛc̄.
non em̄ videtur ꝙ ſit ꝯſequen-
tia neceſſaria. ꝙ ſi chriſtus re-
ſurrexit: ꝙ ꝓpter h̄ alij̄ mortui
debeāt reſurgere. Non em̄ re-
ſurrectio mortuoꝝ dependet a
reſurrectione xp̄i ſicut a cauſa
efficiente, vt videť. Dicendū ꝙ
iſta ꝯſeq̄ntia non eſt neceſſaria
ſimplr̄: ꝙ neceſſitaret omnē in
tellectum. q2 nō intellectū infi-
deliū. verūtamen eſt ꝯſequētia
neceſſaria om̄i catholico: ei⁹ in
tellectum neceſſitans: nō neceſ
ſitate abſoluta: ſed neceſſitate
ſuppoſitionis. i. ex ſuppoſitione
fidei ꝛ ꝟitatꝭ katholice. Oñdit
h̄ apl̄s cū dicit. Si eī credim⁹
ꝛc̄. Credere āt ē act⁹ fidei. Hoc
ideꝫ oñdit. j. ad Coꝝ. xv. cum
dicit. Si mortui nō reſurgent
neqꝫ xp̄s reſurrexit. vana eſt fi-
des nr̄a. ꝛ ſm glo. falſa. ſꝫ ꝛ in-
utilis. ꝛ ſine fructu. falſa etiam
eēt ſcptura. q̄ dicit ibidē ꝙ xp̄s
r̄ſurrexit a mortuis pmitie dor
mientiū. Sꝫ quō pmitie ſi filij̄
p⁹ ip̄m q̇ tp̄e ꝛ dignitate prior
ſurrexit. ſm glo. nō reſurgerent
Certe ſua reſurrectio nō eēt pri-
mitie. nec ip̄e in h̄ haberet frēs
ſꝫ ipſe ſol⁹ reſurrexiſſꝫ. nūq̄ꝫ fra
trib; ſuis iſtud largitur⁹ Bona
igiť eſt ꝯſeq̄ntia apl̄i. Si eī cre
dim⁹ ꝛc̄. Et qñ dr̄ ꝙ reſurrectio
mortuoꝝ nō depēdet a reſurre
ctiōe xp̄i vt a cauſa efficiēte. Di

cendū ꝙ q̄ꝫuis dicat q̄dā gloſa
ſup illo ꝟbo. j. Coꝝ. xv. Si aūt
xp̄s p̄dicať ꝙ reſurrexit a mor-
tuis ꝛc̄. ꝙ reſurrectio xp̄i eſt cā
reſurrectōis mortuoꝝ. tñ ꝓprie
loq̄ndo nō eſt cauſa ſufficiēs nͨ
cauſa ſimplr̄. niſi cā ſine q̄ non.
q2 ordinauit ab eterno diuīa ſa
piētia nullū de mortuis reſur-
gere ad īmortalitatē ante xp̄m.
vñ ꝓ tanto p̄t reduci ad cām ef-
ficientē. q2 ſi xp̄s nō reſurrexiſ-
ſet: alij̄ nō eſſent reſurr ecturi. vł
nō eſſet ipſe pm⁹ inter reſurgen
tes. ꝓpter qđ dicit apl̄us ibidē.
ꝙ ſi mortui nō reſurgent: neqꝫ
xp̄us reſurrexit. Ipſe em̄ ſic eſt
pm⁹ in hoc ꝙ om̄s debent eum
ſequi. Et qm̄ xp̄i reſurrectio n̄
eſt ꝓprie loq̄ndo cā efficiēs reſur
rectōis mortuoꝝ. idcirco dictū
eſt ꝙ iſta ꝯſeq̄ntia nō eſt neceſſa
ria neceſſitate abſoluta: ſꝫ ſoluꝫ
ex fidei ſuppoſitiōe. ¶ Se
quiť. [Hoc em̄ vob̄ dicimus]
vbi oñdit future reſurrectiōis ſe-
riem. Et pmo q̄ꝫtū ad ei⁹ celeri-
tatē. Scđo q̄ꝫtū ad cāꝫ efficiētē
ibi. [qm̄ ip̄e dñs] Tertio q̄ꝫtū
ad ordinē. ibi [ꝛ mortui q̇ ī xp̄o
ſūt] Quarto q̄ꝫtū ad ꝑpetuita-
tē ibi [ꝛ ſic ſp] Ad iſtoꝝ aliq̄leꝫ
euidentiā ſunt aliqua notāda.

Primū ē ꝙ oēs hoīes vel re
ſurrexerunt vel reſurgent: tam
illi q̇ erunt mortui ante chriſti
aduentū ad iudiciū q̄ꝫ etiaꝫ illi
q̇ tunc inuenienť viui. vñ dixit

iſte apl'ს.j.ad Coꝝ.xv.Omnes
q̇dez reſurgem⁹.Et qm̄ nō ē re-
ſurrectio corpalis niſi a morte
corpis: idcirco ſeq̇ꝛ ꝙ om̄es ho
mies q̇ vnq̄ꝫ fueꝛt vel q̇ futi ſūt
oēs mortui ſūt vel morienꝛ. Et
h̄ etiā idem dicit apl's ad Heb.
ix. di. ꝙ ſtatutū eſt hōībꝫ ſemel
mori. Scōm eſt ꝙ de illis q̇
in aduētu iudicis inuenienꝛ vi
ui dubiū fuit qn̄ ꝛ quō illi mo-
rienꝛ.putabāt aliq̇ ꝙ nō moriē
tur:ſꝫ ſine morte media tranſ-
ferenꝛ ad īmortalitatem. ſꝫ iſta
opīo eſt oīno ꝯ ſcp̄turā ſacrā .ꝛ
etiā ꝯ rōnem.ſ.qꝛ xp̄s ꝛ mr̄ ſua
fueꝛt ꝟe mortui.ꝛ illi nō mori-
anꝛ.Quō ergo ꝛ qn̄ morientur
Dicendū ꝙ illi q̇ tūc īuenieꝛ vi
ui veniēte iudice rapienꝛ in nu
bibꝫ obuiā xp̄o in aera.ſic dicit
apl's.ad min⁹ electi ī illo raptu
patienꝛ mortē ꝛ p̱ ignē confla-
gratiōis īcinerabūꝛ eoꝝ corpa
ꝛ purgabunꝛ tūc aīe q̄ tunc ali-
q̄d purgabile ſunt habiture .ꝛ
ſtatī poſt diuīa ꝟtute reſurgent
Et dico ſtatī p⁹. qꝛ inter ipſoꝝ
mortē ꝛ r̄ſurrectōꝫ ſic erit mora
modica ꝙ q̄i videbūꝛ nō fuiſſe
mortui. Illa enim mora ſic erit
modica ꝙ apoſtolus vbi ſupra
vocat eā momentū. In momē
to inq̇t ī ictu oculi ꝛc̄. Reprobi
ꝟo ꝛ ſi nō rapiāꝛ cū electꝭ ī aera
in illo p̱uo ſpacio morieꝛ ī ter-
ra ꝛ reſurgēt .Om̄s igiꝛ hoīes
q̇ ſunt erūt ꝛ q̇ fueꝛt . nec erunt
mortui:ſic illi morienꝛ.Et ſi di
catur ꝯ hoc p̱ illud Niceni ſim
boli ꝛ etiā aploꝝ .ꝙ xp̄s ventu
rus eſt iudicare viuos ꝛ mortu
os.ergo vt videtur:aliqui iudi
cabuntur qui nūq̄ꝫ fuerūt mor
tui . ꝛ ita illi nunq̄ꝫ morientur.
Dicendū ꝙ ibi accipitur ly vi-
uos p̱ illis qui in aduentu xp̄i
inuenientur viui.qui tn̄:vt di-
ctum eſt:morientur anteq̄ꝫ iu-
dicentur. ꝛ oēs reſurgēt a terre
puluere in quē erūt redacta cor
pora.exceptꝭ xp̄o et mr̄e ſua ſic
credo.ꝛ Johāne euāgeliſta mi-
niſtro mr̄is ſue. Hec videꝛ eſſe
opīo Aug.xx.de ci.dī.xx.caplo
U Tertiū eſt q̇d innuit in
ꝟbis iſtꝭ.cū dic̄.nos q̇ viuim⁹
ꝛc̄.ꝛ īfra.Deinde nos q̇ viuim⁹
ꝛc̄.viſus nāq̄ꝫ fuit apte innuere
ꝙ ſuo tp̱e eſſꝫ vētura extremi iu
dicij dies . teſſalonicēſes timue
rūt valde ne damnarenꝛ. eo ꝙ
tarde ad fidē veniētes imp̱fecti
eſſent .ꝛ qꝛ h̄ nō erat verū.ſup.
ꝙ tūc inſtaret dies dn̄i.nec fue
rat d̄ intentōe apl'i.idcirco ſcri
pſit eis aliā epl'aꝫ: vbi exhortaꝛ
eos ne terreantur quaſi inſtet di
es domini.ſicut apparet ī ſcd̄o
caplo illi⁹ epiſtole.Apl's āt ſcḋm
ꝙ dicit h̄ glo.in p̱ſona electoꝝ
loq̇ꝛ.qui viui inueniēdi ſunt in
aduētu dn̄i.q̇bꝫ iō ſe ꝯnumerat
quia cuꝫ illis vnum corp⁹ erat.
et quia illi erant ei futuri ſimi-
les in tribulatōibꝫ ꝛ preſſuris.

Quartū eſt ꝙ raptꝰ ille q̄ ra
piētur in aera illi electi qui tūc
viui inuenient̄. in principio e-
rit motꝰ violentꝰ. qꝛ eoꝝ cor-
pa erūt grauia. nec naturaliter
aſcendere poſſūt. Rapiētur aūt
vel violentia vēti vehemētiſſi-
mi. vel illiꝰ ignis cōflagratio-
nis. vel miſterio angeloꝝ. In
fine aūt illiꝰ raptꝰ fient illa cor
pora glorioſa. ꝛ ex tūc non erit
motus violentus. qꝛ mouebū-
tur ꝑ dotem agilitatis. Quī
tum eſt ꝙ in reſurrectione cuiꝰ
libet hominis erūt tria. ſ. ꝑpa-
tio ad corꝑis reformationē. ꝛ
corꝑm reformatio. ꝛ corꝑm re
formatoꝝ cū ſuis animabus
ꝓꝑijs iterata vnio. Primū fi-
et ī īſtanti. quia fiet virtute cre
ata. i. miſterio angeloꝝ. qui col
ligēt pulueres ſctōꝝ corꝑm a
q̄ttuor ꝑtibꝫ orbis. iuxta illud
Math. xxiiij. Mittet filiꝰ hoī
nis angelos ſuos ꝛ cōgregabūt
electos eiꝰ ꝛc̄. Iſta autē pulue-
ris collectio erit q̄dā ꝑparatio et
diſpoſitio ad reſurrectionē. ꝛ h̄
vtiqꝫ erit in tēpore. alia āt duo
. ſ. corꝑm reformatio ꝛ cum aī-
mabꝫ iterata vnio erūt ī inſtan
ti. quia fient virtute diuina q̄ a
git in inſtanti. Iſta aūt tria quā
uis ꝑmum ſit fiendum in tem-
pore ſic tam ſubito fient. ꝙ iſtō
apl'us totū vocat momētū. j. ad
corīth. xv. Sextū eſt q̄d
vlt dicere apl's ꝑ iſta ꝟba cū di
cit. Ipſe dn̄s in iuſſu ꝛ in voce
archangeli ꝛ in tuba dī. vtrū ꝑ
iſta idem ītelligat ſeu diuerſa.
Quidā eī dicūt ꝙ ꝑ iuſſū ītelli
git volūtatē diuinā ꝟtutis īfini
te. q̄ tūc oīa q̄ fiet imperabit.
vnde ſenſꝰ eſt. ī iuſſu. i. in ꝑtāte
ꝑcipiente. Per alia vero duo
viꝫ. ꝑ vocē archāgeli. ꝛ ꝑ tubaꝫ
dī intelligit aliq̄d creatū: ſꝫ dif
ferent̄. qꝛ quidā dicūt ꝙ ꝑ vocē
archāgeli ꝛ ꝑ tubā dei ītelligit
vocē quādā articl'atā. q̄ fiet tūc
miſterio āgeloꝝ. ꝛ forſā miſte-
rio archāgeli michael' q̄ dicet̄.
Surgite mortui ꝛc̄. ꝛ eādē vo-
cem dicit tubā dī. quaꝫ idcirco
vocat tubā. qꝛ erit terribilis.
quātū ad reꝓbos. q̄ vocabūtur
ad bellū. q̄uis ſit ſūme dl'ctabi
lis. quātū ad electos. q̄ vocabū
tur ad feſtū. ī bellis autē ꝛ ī feſt̄
ſolēt homines vti tubis. ſꝫ vo-
cat eā tubā dei. qꝛ a dō habebit
ꝟtutē. Aliq̄ aūt dicūt ꝙ xp̄s in
ſuo deſcēſu. ꝑmo iubebit pulue
res ſeu ꝑtes q̄ſcūqꝫ mortuoꝝ
corꝑm recolligi ꝑ miſteriū āge
licū. Et h̄ notat̄. cū dicit̄. in iuſ
ſu. Secūdo iubebit corpa re-
formari. ꝛ ipis reformatis. ani
mas vniri. ꝛ hec duo fient ꝑ ꝟ-
tutē diuinā ſolū. Iſtud aūt ꝑce
ptū ſm notat h̄ cū dicit. ī tuba
dei. i. in ꝟtute dī. Tertio archā
geli q̄ fuerunt cuſtodes ꝓuīcia-
ruꝫ in ꝓuincijs q̄s cuſtodierūt
clamabūt fortit' ꝛ ſēſibiliter ſo-

no articulato. vt dictũ ē. ꝙ oēs
coram iudice corꝑaliter cōpa-
reāt ſniām vltimā ⁊ irreuocabi
lem audituri. Et hoc notat̃ cuȝ
dicit̃. in tuba dei. Poteſt aũt di
ci breui⁹ ꝙ ꝑ vocē archāgeli in-
telligit vocē ꝑdictā: angeloꝝ
miſterio formatā. ꝑ tubā dei in
telligit vocē xp̄i corꝑaleȝ. q̄ ip̄e
in quātũ homo clamabit ſic for
titer ⁊ efficaciter ꝙ ei⁹ vox. vt di
criſoſtom⁹ ſcindet lapides. ap̄i
et monumēta. ⁊ omnes q̇ erũt i
monumētis excitabit. de q̄ dici
tur Joh. v. Uenit hora in q̄ om
nes q̇ in monumētis ſũt audiēt
vocē filij dei. ⁊ ꝓcedēt ⁊c̄. Iſtam
vocē vocat tubā dei tum q̄ꝛ xp̄s
eſt de⁹. tũ etiā q̄ꝛ illa vox ab ip̄a
deitate recipiet virtutē. iuxta il-
lud p̄s. Dabit dñs voci ſue vo-
cē ꝟtutis. De iſtis aũt oib⁹. ſ. d̉
voce archāgeli ⁊ de tuba dei in
telligit̃ illd̉ Mat. xxv. Media
nocte. i. nullo ſciēte aut ſꝑante.
clamor fact⁹ ē. i. fiet ꝩ Sep
timũ eſt de ordine reſ̃gētiũ. v-
trũ videlȝ ſit futurus aliq̇s or-
do tp̄is. notā. ꝙ oēs electi ⁊ reꝓbi
mortui añ aduētum iudicis. et
qui tũc inuenient̃ viui. in raptu
illo morient̃ añq̄ȝ alij q̇ fuerant
mortui reſurgant. Et cuȝ dicit
hic ap̄ls ꝙ mortui qui in chri-
ſto ſunt reſurgent primi: nō in-
telligit de primitate temporis:
ſed de ꝑmitate dignitatis. Sȝ
contra hoc eſt, q̄ꝛ inter illos q̇
tunc inuenient̃ viui: erunt aliq̇
digniores mľtis alijs q̇ añ eos
mortui fuerũt. cũ eni eccľia ſit
velut caſtroꝝ acies ordinata.
ſicut in acie militũ ꝑmo ordie ⁊
vltimo ponunt̃ fortiores: ſic et
in ꝑmo ſtatu eccľie ⁊ vltimo. vñ
ſicut fuerũt aliq̇ ꝑfectiores mľ-
tis alijs q̇ ꝓceſſerunt. ita erunt
digniores. nō dico oīmibus. q̄ꝛ
nō ap̄lis. qui ꝑfectiſſimi fuerũt
vñ ꝙ dicit q̄dā glo. ſuꝑ iſta epi
ſtola. ꝙ illi erũt digniſſimi: ſēꝑ
intellige exceptis alijs multis.
Alij vero dicũt ꝙ electi qui añ
aduentuȝ iudicis mortui erũt.
primo reſurgent. qd̉ videt̃ innu
ere ap̄ls. cum dicit. mortui qui
in xp̄o ſunt ⁊c̄. Reprobos eniȝ
non dicunt mortuos in xp̄o: ſȝ
tm̄ electos. Secũdo reſurgent
illi electi qui tũc inuenient̃ vi-
ui. Cum eni alij reſurgent. iſti
morient̃ i illo raptu. ⁊ paulo p⁹
reſurgent omnes reꝓbi tā illi q̇
tunc erunt mortui q̄ȝ illi q̇ tũc
inuenient̃ viui. Et hoc ſatis in
nuere videt̃ ap̄ls. cum dicit. de
inde nos qui viuim⁹. loq̇tur de
electis qui tunc reꝑientur viui
vnde nec cum dicit. reſurgent
primi. nec cum dicit. deinde nos
qui viuim⁹. loq̇tur de reꝓbis.
vt videt̃. ex q̄ relinquit̃ ꝙ illi vl-
timo reſurgent. Uidetur autē
quibuſdam alijs ꝙ omnes ele
cti ſiue qui tunc erunt mortui
ſiue qui tunc inuenientur viui:

ſimul reſurgent. quia ante reſ
ſurrectionem illoꝝ moriēt̃ illi
qui tunc erunt viui. ꝛ paulo pꝰ
ſimul cum alijs reſurgent et ꝙ
reꝓbi qui valde inuite venient
ad iudiciũ poſt eos reſurgent.
Sed reuera nõ vident̃ hec bene
ꝯſonare vbis apl'i. qui plane vi
det̃ ponere ordinē tp̄is inter re
ſurrectionē illoꝝ electoꝝ ꝛ illo
rum. Et ideo videt̃ mihi dicen.
ꝙ poſito ꝙ ſit aliquis ordo tē-
poris ſicut apl's innuit. ſic tñ e
rit modica mora. ꝙ omnes taꝫ
electi q̄ꝫ reꝓbi ſimul reſurgere
videbũtur. E. Dijs vid̃ dic̄
ſic apl's. oſtendens reſurrectio-
nis celeritateꝫ. ꝛ ſic ſe ꝯtinuās
eos q̇ dormierũt adducet deus
cum eo. [hec eni ] ꝙ ſup. fuerũt
ſic. [vobis dicim' ].ſ. ego cui
credendum eſt. ſũ enim doctor
gentium in fide ꝛ veritate. j. ad
Thim. ij. vl' ego ꝛ Siluanꝰ ac
Thymotheꝰ. quibꝰ credēdum
eſt. quia in ore duoꝝ vel triũ te
ſtium ſtat omne verbũ. ſicut di
cit lex dei. Deute. xvij. [in ver-
bo dñi. ] qḋ ſup. docuit nos. qḋ
etiaꝫ veritas eſt. Joh. xvij. Ser
mo tuus vitas ē. [ꝙ nos q̇ vi-
uimꝰ ].i. viuemꝰ. [q̇ reſidui ſu-
mꝰ ].i. qui tũc erimꝰ [i aduētu
dñi ] ſup. ad iudiciũ. q. d. illis
de nob' vl' de q̇buſcũq; electis q̇
reſidui erũt tormētis ātixp̄i. vl'
qui reꝑient̃ viui. ſꝫ ratōne ſupiꝰ
dicta ꝯtinuat ſe cũ illis [nõ ꝑue
niēꝰ ] ſup. in reſurgendo [eos q̇

dormierũt. i. q̇ mortui ſũt. reſur
rectio eni oīm ſic fiet. ꝙ nõ erit
ibi ꝑ̄us ꝛ poſteriꝰ. ſm tp̄s. vel
ſaltim nõ appebit. q2 ſi īcidat
aliqḋ tēpꝰ mediũ: iꝑceptibile e
rit. Succeſſio eni ē i moriēdo
qḋ notat apl's. cũ dic̄. reſidui.
Simltas aũt vl' ſ̄a vl' appns
erit in reſurgēdo. qḋ notat cum
dic̄. nõ ꝑueniemꝰ eos. Sequit̃
[qm̄ ip̄e dñs ] vbi tāgit cām ef-
ficientē reſurrectōis. vbi q̄tuor
implicat euidēter. videlꝫ ꝙ ip̄e
criſtꝰ qui i q̄ꝫtũ deꝰ ē: ē cā effici-
ens ipſiꝰ reſurrectōis veniet ad
iudiciũ ꝑſonal'r. cũ dic̄ ip̄e dñs
Potēter. q̄d notat̃ cũ addit [in
iuſſu ].i. iperādi ptāte. nõ i hu
militate ſic̄ i ꝑmo aduētu. non
em̄ eq̇tabit tũc aſinā. vel porta-
bit crucē: ſꝫ veniet cũ vtute mlt
ta ꝛ maieſtate Math. xxiiij. vi
debũt filiũ hoīs venientē ꝛc̄. E-
uidēter quia [i voce archange
li ] Forte michael'. vel ēt pluriũ
āgeloꝝ. q̇ dicēt. Surgite mor.
ꝛc̄. t̃ribil'r. q2 [i tuba dei ] forte
eādē vocē quā ſupiꝰ dic̄ archā-
geli. eo mõ q̄ dc̄m ē. vocat tubā
ꝓpt̃ ſonũ eiꝰ t̃ribilē. l' i tuba dīvē
turꝰ ꝓpt̃ māifeſtatōnē ſui aduē-
tꝰ. ſm glo. l' ēt ſm aliā gl'. q2 ad
feſtũ vēiet. q̄ꝫtũ ad ſcōs. ad bel
lũ q̄ꝫtũ ad reꝓbos. In feſtꝭ āt ꝛ
bell' ſolent vti tub'. Dr̃ āt tuba
dei. q2 a deo ꝛ a xp̄o inquātum
deus habebit efficaciam et v-
tutem. Exponitur aũt ſic. ſiue
ſumat̃ vox archangeli ꝑ voce

xp̄i corꝑali. vel ꝑ voce formata
miſterio alic⁹ angeli vel pluriū
ſic̄ dictū eſt. ſ̄. Uel potes diſti
guere ſi placet. vt etiā dictū eſt
ſu mēdo ꝑ vocē archangeli vo-
cē formatā miſterio alic⁹ arch-
angeli. puta michael' vel pluri-
um. vel ꝑ tubā dei vocē xp̄i cor-
poralē. Ueniet etiā xp̄s ad iudi
ciū localiter. q2 [deſcēdet de ce
lo] ſup. in aera. Johel'. iij. Con-
gregabo oēs gētes in vallez io-
ſaphat ꝛc̄. apparebit em̄ xp̄s in
aere ſuper illam vallem ioſa-
phat. ꝛ electi erūt cum eo in aere
reprobi aūt cū quib9 diſcepta-
bit manebūt in terra quā ſꝑ di
lexerūt. vel [deſcēdet de celo]
id ē de occulto ad manifeſtum
Math. xxiiij. Sic̄ fulgur exit
ab oriēte ꝛc. Jſte aūt deſcenſus
ſi accipiat' ꝑ motu locali attri-
buit' ꝑſone xp̄i. nō ſm diuinita
tē. q̄ vbiqꝫ ē tota. ſꝫ ſolū ſm hu
manitatē. A Sequitur. et
[mortui] Ubi tāgit reſurrecti
onis ſeriē q̄ꝫtū ad reſurgētiū or
dinē. Et tāgit q̄ttuor. videlꝫ re
ſurgētiū ordinē. ꝯgregationez
viuētiū. ip̄i⁹ iudicis aduētum.
ꝛ iudicij locū. Propter p̄mum
dicit [ꝛ mortui q̄ in xp̄o ſūt]. i.
ſm aliq̄s electi q̄ erant mortui
an̄ iudicij aduētū. ꝛ an̄ ceſſatio
nē mot⁹ celi. Jllos em̄. ſ. electōs
vocat mortuos ī xp̄o [reſurgēt
p̄mi] ꝛ hoc vel dignitate ſolum
vt quidā dicūt. vel etiā tꝑe. ſic̄
alijs placet. q̄d magis vid' ver
bis ap̄l'i ꝯſonare. Sequit' [De
inde nos q̄ viuim⁹] hoc ē illi d̄
nob. hoc ē de electis. cuꝫ q̄bus
ſe cōnumerat rōne ſuꝑi⁹ dicta
q̄ tūc viuem⁹. vel poti⁹ q̄ tūc vi
uēt ceteris mortuis [q̄ relinqui
mur]. i. q̄ reſidui antixp̄i ꝑſecu
tionib⁹ ꝛ tormētis ſum⁹ [ſil' cū il
lis] q̄ nos ſup. ī reſurgēdo ꝑ ali
quā morā tp̄is p̄ceſſerūt. Jn v̄-
bis em̄ ap̄l'i cū dic̄ p̄mi ꝛ dein-
de ſatis clare ptꝫ ꝙ erit aliq̄ mo
ra iter reſurrectōem electoꝝ. q̄
tūc erūt mortui. ꝛ illoꝝ q̄ tūc
inuenient' viui. verū ſic erit mo
ra modica. vt ſup̄. dictū ē ꝙ po
terit dicere. ſil' cū ill'. Pro ſecū-
do addit [rapiemur]. ſ. ſil' cuꝫ
illis. vl' violētia vēti vehemētiſ-
ſimi. vel ignis ꝯflagratiōis. q̄ q̄-
dē rapt⁹ erit mot⁹ violēt⁹ ꝓpter
corpoꝝ g̃uitatē. Jn illo aūt ra-
ptu. vt dictū eſt. ſ̄. morient' illi
q̄ in aduētu xp̄i inuenient' viui
ꝑ illū em̄ ignē īnouabunt' q̄ꝫtū
ad eoꝝ corꝑa. ꝛ q̄ꝫtū ad anīas
purgabunt'. ꝛ paulo poſt reſur
gēt. ita ꝙ totū poterit dici ſiml'
ſup. q2 q̄ꝫtū ad hoīes erit tem-
pus impceptibile. Propter ter
tiū dicit. [obuiā xp̄o] hōes em̄ e-
lecti poſtq̄ꝫ reſurrexerunt ilico
obuiabūt iudici venienti. de qua
obuiatōe d2 Math. xxv. Ecce
ſpōſus venit. exite obuiā ei. for
ſan aūt reprobi nō obuiabunt
ei. q2 nō erūt digni. q2 victi corā

to appebūt. Quātū ad qrtū ſb-
iūgit [i aera ] In aere eñ q̄ntuꝫ
ad bonos erit loc⁹ iudicij. ſicut
dictū ē. repbi ꝟo reſurgētes: in
terra iudicabūt. ⁊ ſniam irreuo
cabilē reportabūt. Lꝫ aūt nō vi
deat h fieri mētio de reſurrecti
one repboꝝ. tñ indubitāter re
ſurgēt. ⁊ poſito ꝙ p⁹ electos re
ſurgēt: ſic erit mora modica ꝙ
ſil' cū ill' reſurrexiſſe videbunt.
Scdo āt tāgit ſeriē reſurrecti-
onis q̄ntū ad ppetuitatē cū ad-
dit [Et ſic ſp cū dño eri⁹ ] Nō
ſic ſp. i. in aere. ſꝫ ſic ſp. i. hñtes
corpa imortalia gl'ificata vbi-
cūqꝫ fuerim⁹ cū ipo. vl' ſi vis ēt
icludere repbos: dicas ſm gl'.
[Et ſic ſp cū dño erim⁹ ] i. hñ
tes ſempiterna corpa. ſuo mō
ſic ipſe. repboꝝ eñ corpa. et ſi
ſint ſūme ſuka paſſibilia. nūqꝫ
tñ ꝯſumēt. B Quarto pn
cipal'r hortat nos ad mutuā in
ſpe reſurrectōis ꝯſolatōeꝫ. cuꝫ
dic̄ i fine [Itaqꝫ ] qr ſup. oēs re
ſurgē⁹ ⁊ nos electi ſp cū dño eri
m⁹ [ꝯſolami iuicē ] i. alterutꝛ
de morte amicoꝝ vrōꝝ. ſup. [i
ꝟbis iſtis ] q̄ ſup. ſūt tenor ⁊ cā
magne ſpei. Notā. aūt ꝙ apl's
ſm glo. cū dic̄ ſupi⁹. vt nō con
triſtemini. nō phibet cōtriſtari
ſimpl'r i morte hoim: ſꝫ phibꝫ
cōtriſtari imoderate ⁊ incōſola
bil'r. ſic ifideles ꝯtriſtabant. qa
reuera ꝯtriſtari oportet i morte a
micoꝝ ml'tū. tū pter natal' pie
tatis affectū. ij. Mach. iiij. dici
tur de anthiocho ꝙ flex⁹ ad mi
ſericordiā fudit lacrias. recor-
dat⁹ defuncti. ſ. ei⁹ ſobrietatē ⁊
modeſtiā. tū pter oñdēdū dile
ctiōis ſignū. vñ de xpo flēte ſup
lazarū Joh. xj. dixerūt iudei. ec
ce quō amabat eū. tū etiā pter
ꝯſolatiōnē alioꝝ lugētiū. Ecci
vij. Nō deſis plorātib⁹ i ꝯſola-
tione. tū ēt pter vitādā detra-
ctionē hoim Ecci. xxxviij. Pro
pter delaturā amare fer luctuꝫ
⁊c. tū etiā pter dubiū ſtatū mo
riētiū. Eccl'. ix. Oia i futurū ſer
uant incerta. tū nihilomin⁹ p
pter dañū mortꝫ eoꝝ. Sic iu-
dei lugebāt iudā dicētes. j. ma
chab. ix. Quomō cecidit potēs
Triſtādū ē ergo i morte hoim-
tñ cōſolabil'r etiā pter ml'ta. p-
mo pter cōem ⁊ ineffugabileꝫ
mortꝫ caſū. vñ ꝯſolatorie dicit.
oēs ibim⁹ poſt ipm. dr de mor-
tuo. ⁊. ij. Re. xij. dr ꝙ dixit Da
uid de filio ſuo qñ fuit mortu⁹
Ego vadā magis ad eū. ille ve-
ro nō reuertet ad me. ⁊ ſic ꝯſolā
tus ē berſabee. Scdo pter di-
uinū de morte iudiciū. vñ ꝯſolā
torie dr. erḡ dño placuit deb⁹
pati. Ecci. xlj. c. Hoc iudiciū a
dño oī carni. Et i pſ. Memor
fui iudicioꝝ tuoꝝ. ſeq̄t. ⁊ ꝯſo
lat⁹ ſum. Tertio pter modicū
hui⁹ triſticie fructū. vñ ꝯſolato
rie dr. ⁊ q̄d valet nobis lugere.
Ecci. xxxviij. Propter dlaturā

amare fer luctū illi⁹ vno dic. ⁊ cōſolare ꝓpter triſticiā. ⁊ fac luctum ſm̄ meritum ei⁹ vno die vel duob⁹ ꝓpter detractionē ⁊c̄. Sequit̄. Nec enim eſt ꝯuerſio ſup. mortui ad vitā. ⁊ huic ſup. mortuo nihil ꝓderis. ſup. lugēdo ⁊ teipſum peſſimab. Quarto ꝓpter luctū morientiū. vnde ꝯſolatorie dicit̄ Uitā mutauit ⁊ moriendo fecit magnū lucrū ⁊ Ecci. xxij. dicit̄. Modicū plora ſup mortuū. qm̄ requieuit. Ultimo ꝓpter ſpem reſurrectionis eorū. Unde ꝯſolatorie dicitur Adhuc videbitis eū in gloria ⁊ h̄ dicit apl's ꝓpter ea q̄ dicta ſunt ⁊ ꝓpter hec pricipaliter Itaq̄ʒ conſolamini inuicem in verbis iſtis.

## Item de animab⁹ Sermo ſextus

Ecce miſteriū vobis dico. ]pri me ad corinthios. xv c. Poſtq̄ʒ i p̄cedētib⁹ hui⁹ ep'le excluſit apl's errorē q̄rūdā circa dona grē. h̄ excludit in iſto xv. ca. errorē aliq̄rū circa dona gl'e. In hoc eniʒ ca. oñdit apl's xp̄i reſurrectōnē iā fc̄tāʒ. ac per hoc nrām futurā. quā ꝓbat ⁊ p rōes fidei ⁊ p exēpla nat̄e. ex q̇b⁹ oñdit p̄mo reſrectiōis noſtre poſſibilitatē. Secūdo reſurgentiū diuerſitatē. ſupra. [non ois caro eādē ] Tertō reſurgēdi modū ⁊ ordinē. i eod̄ ca. [ Ecce miſteriū vobis dico ] vbi p̄ñs lctō icipit. In q̄ q̄d lctōne apl's i ſūma duo facit. Primo eni oñdit futurā eſſe reſurrectionē. Secūdo oñdit q̄ fiet p⁹ reſurrectionē. ibi [ cū aūt mortale h̄ ] Adhuc in p̄ma pte facit q̄tuor. Primo eni oñdit i q̇bus gl'oſa reſurrectio fiet. Secundo q̄ʒ cito fiet. ibi [in momento in ictu oculi. ] Tertō quō fiet ibi [ Canet eniʒ tuba ]. Quarto q̄re fiet ibi [ oportet eniʒ corruptibile h̄ ] adhuc i p̄ma pte facit duo. p̄mo eī tāgit reſurgētiū generalitatem. ſecūdo diuerſitatē ibi [ Sed nō oēs ]. Quātū ad p̄mū dicit ſic loquēs oib⁹ xp̄ianis. [ Ecce miſteriū vobis dico ]. i. q̄ddā ſecretū ⁊ q̄ddā occultū vob̄ apperio Myſteriū ei ſm̄ gloſā: grecū ē ⁊ ſonat latine ſecretū vel occultū. In hoc igit̄ ꝙ ait. myſteriuʒ vob̄ dico. īnuit ſe q̄ddā ſecretū ⁊ occultū apire. ſcʒ reſurrectionē finalē oīum hūanorū corpm̄ q̄ reuera fuit i principio eccl'ie multū ſecreta maxime gētilib⁹ qm̄ iter gētiles ph'os q̇dā poſuerūt aīarū cū corpib⁹ corruptionē. ⁊ q̇dā hominū eternā ⁊ ſine fine gn̄atōnē. q̇dā aūt aīarū reſolutōnē. q̇dā negauerūt itellectuū ml'tiplicatōnē. tenētes tm̄ in oib⁹ hoīb⁹ eē vnū itellectū ⁊ hij oēs parū curauerūt de reſurrectione, Articul⁹ etiā reſur

rectionis fuit multũ difficilis
ad credẽdũ. ⁊ ideo apoſtolꝰ vo-
lẽs loqui de reſurrectõne dicit
ſe apꝑire q̃ddã myſteriũ ⁊ q̃ddã
ſecretũ. vñ addit. Oẽs quidem
reſurgemꝰ. ſcȝ. poſt mortẽ. re-
ſurrectio enĩ p̃ſupponit mortẽ
Et certe omnes homines q̇ fue
rũt ⁊ ſũt et erũt. ſũt q̃ſi iã mor-
tui vel morĩẽtur etiã illi q̇ ĩ ad
uẽtu xp̃i ad iudiciũ ĩuenĩẽť viui
Iſta enĩ ẽ lex adam. i. inſtituta
omni hõĩni ꝓpter pctm̃ adã ſcȝ
lex moriendi. vñ apl's. heb. ix.
Statutũ ẽ hõĩibꝰ ſeľ mori ⁊. ĩj.
Re. xiiij. dixit illa mľier ſapiẽſ
Oẽs morimur ⁊ q̃ſi aque dila-
bimur in terrã. q̃ nõ reuertẽtur.
Primo enĩ homini dictuȝ fuit
pro ſe ⁊ ſuis poſteris. In qua-
cũqȝ hora ꝯmederis ſup. de li-
gno veti to. morieris. i. mortaľ
eris et neceſſario moriturꝰ. ge
neſiſ. ij. ergo omnes moriemur
⁊ a morte reſurgemꝰ. Reſurge-
mꝰ dico oẽs tã boni q̃ȝ mali. tã
magni q̃ȝ ꝑuuli: etiã in origi-
nali decedẽtes. tã illi etiã q̇ ĩ ad
uentu iudicij erũt mortui q̃ȝ illi
etiã q̇ tũc ĩuenientť viui. q̇ mori
enť añ iudiciũ. ⁊ reſurgẽt. ſic di
ctũ ẽ D Probať eĩ poſſibilitaſ
reſurrectionis. i. ꝙ nõ ſit cõtra
naturã. ex inclinatiõe naturali
q̃ eſt in illis pulueribꝰ hũano-
rũ corꝑm ſaltẽ remota ad eã n-
dẽ animã rationalẽ. q̃ nõ p̃t eſſe
fruſtra. qꝛ ſm̃ naturã nihil eſt
fruſtra. vñ oȝ ꝙ aliqñ quieteť ⁊
termĩeť. qḋ nõ p̃t eẽ niſi ꝑ itera
tam vnionẽ eiuſḋ aĩe cũ corꝑe
coḋ q̃d erit illa reſurrectõ quaȝ
ſꝑamꝰ Preterea ꝓbať q̃ſi ne
ceſſitas reſurrectiõis ex inclina
tione naturali quã habȝ aĩa ſe-
ꝑata a corꝑe ad illḋ corpꝰ q̃d an
tea ĩformauit ⁊ aĩauit. ꝓpť quã
quiḋ inclinatiõeȝ. ſm augu. xij.
ſuꝑ geñ. ad lrãm retardatur ne
poſſit ꝑfctẽ ferri ĩ ſũmuȝ celũ. i.
ꝑfctẽ frui. Cũ ergo iſta inclina
tõ nõ poſſit eẽ ſemꝑ ſñ termina
tõe. vt viḋr. ſeq̇tur q̃ necceſſario
ꝙ anima eiḋ corꝑi iterũ vniať.
ſeꝑata enĩȝ a corꝑe nõ habȝ ꝑfe
ctm̃ eẽndi modũ nec p̃t ꝑfctẽ eli
cere oꝑatõnes. q̃ ſũt videre ⁊ a-
marc. ac ꝑ hoc nͨ ꝑfctẽ btificarí
Preť ea cũ anima nõ mercať
niſi in corꝑe. qḋ eſt ſibi datũ in
adiuuamẽtũ. nõ p̃t vel ſaltẽ ñ dȝ
ſm eq̃tatem diue iuſticie p̃mia
ri ſm merita vel demerita niſi
cũ corꝑe. qḋ non poſſet eſſe niſi
corpꝰ idem numero reſurgeret
cui anima iterũ vniretť Pre-
terea ꝓbať eſſe neceſſitas reſur
rectiõis nrẽ ex reſurrectiõe xp̃i.
q̃ȝ fiḋs nrã p̃ſuppõit fcãm eẽ vñ
ſic arguit apl's. in illo cap. Si
mortui nõ reſurgũt. neqȝ xp̃s
reſurrexit ergo ⁊ mortui reſur
gẽt. Igiť futura eſt generaľ re-
ſurrectõ omniũ hoĩm poſt mor
tẽ ſuã. Mors eĩ gñaľ ẽ oĩbꝰ hoĩ
bꝰ. ⁊ ſimilr reſurrectio. que nõ

erit niſi p⁹ mortẽ. Vñ aplſ̄s ī h̄
ca. dicit In ſipiẽs tu qd̄ ſemīas
nõ viuificat̄ niſi p̄us moriatur
Sic ḡ aplſ̄s p̄mo tãgit reſurgẽ
tiū generalitatẽ. E Articu
l⁹ aūt iſte d̄ reſurrectiõe pbat̄ ef
ficaciſſime p ſcripturas ſacras
veter ac noui teſtamẽti. ꝛ certe
articuli fidei nõ pbãtur alit̄ q̄z
p ſcripturã ſcãm. Dicit enī iob
in pſona ſua ꝛ oīum hominum
In nouiſſimo die d̄ terra ſurre
ctur⁹ ſū. ꝛ rurſū ẽcũdabor pelle
mea. ꝛc̄. Maifeſte ḡ p̄dixit iſte
futurã eſſe reſurrectionẽ eiuſdẽ
hoīnis. Nõ enī eſſet reſurrectõ
niſi hõ id in numero q̄ fuit mor
tu⁹ rediret ad vitã ī eadẽ carne
ꝛ in eiſd̄ mẽbris. Hec ſcribunt̄
Job xix. Dañ. etiã xij. habet̄ ex
preſſū teſtimoniū d̄ reſurrectio
ne tã bonoꝝ q̄z maloꝝ. vide ibi
Sed ꝛ Ezech. xxxvij. habet̄ ex-
preſſa pphetia de reſurrectione
mortuoꝝ vide. Iſay. ẽt xl. d̄r q̄
vid̄. ī die iu. oīs ca. i. oīs hõ pit
q2 os dñi locutū eſt. i. v̄bum dī
incarnatū. qd̄ q̄dem verbū ad-
ducitur Luce. iij. ſub hijs v̄bis.
Videbit oīs caro ſalutare dei.
ꝛ Apoc̄. j. ſub hijs v̄bis. Vide-
bit eū omnis ocul⁹. ꝛ q̄ euz pu-
pugerūt. ij. etiã Mach. vij. ha-
bet̄ exp̄ſſum teſtimoniū d̄ reſur
rectione. ſaltẽ bonorū. Rex mū
di. dixit ille puer. nos defūctos
pro ſuis legib⁹ in eterne vite re
ſurrectiõe ſuſcitabit. Xp̄s etiã ī
nouo teſtamẽto exp̄ſſiſſime pre
dixit oīum hominū reſurrectõ
nẽ futurã. dixit enī ſic Jo. v. Ve
nit hora. i. vẽiet in q̄ oẽs q̄ ī mo
numẽtis ſūt audiẽt vocẽ filij dī
ꝛ pcedẽt qui bona fecerūt in re
ſurrectionẽ vite. q̄ v̄o mala ege-
rūt in reſurrectionẽ iudicij. Il-
la etiaz ſctã martha reſpõdens
xp̄o dicẽti ſibi. Reſurget frater
tuus. dixit de illo ꝛ de cunctis
hominib⁹. Scio q2 reſurget in
reſurrectione in nouiſſimo die.
De reſurrectiõe aūt bonorū di-
xit xp̄s exp̄ſſe. Jo. vj. Hec ẽ vo
lūtas patris mei q̄ miſit me vt
omnis q̄ credit in filiū dei habe
at vitã eternã. ꝛc̄. ĩfra eod̄. Qui
mãducat carnẽ meã ꝛ bibit ſãg
uinẽ meū. habet vitã eternaz. ꝛ
ego ꝛc̄. De reſurrectiõe etiã om-
niū xp̄ianorū tam bonorum q̄z
malorūz habet̄ exp̄ſſuz teſtimo
niū Math. xxv. vbi dicitur. me
dia nocte clamor fact⁹ eſt ꝛc̄. ſe
quit̄. Tunc ſurrexerūt omnes
virgines ille. i. ſurgẽt oẽs xp̄ia-
ni. ꝛ multa alia teſtimonia ad
pbãdam generalẽ reſurrectiõez
omniū hominū a morte ppter
qd̄ apte dicit h̄ aplſ̄s. Omnes q̄
dẽ reſurgem⁹. ꝛ tota eccl̄a dicit
in ſymbolo fidei. expecto reſur
rectionẽ mortuorū. null⁹ ḡ ſup
hoc dubitare debet F Se-
quit̄ [. Sed nõ omnes immu-
tabimur ] Vbi poſtq̄z oñdit re
ſurgẽtiū generalitatẽ. oñdit re-

ſurgẽtiũ diuerſitatẽ. ſic ſe ꝯtinu
ans. [ oẽs dixi reſurgem⁹: ſed nõ
omnes immutabimur. ] quia
nõ niſi ſolũ electi q̇ mutabũtur
a miſerijs ad ꝑfectã aĩme ꝛ cor
poris gloriã. de q̇bus exponiẗ
illud p̃s. Hec mutatio dextere
excelſi. Reprobi aũt ꝓ ꝑꝛie loq̃n
do nõ ĩmutabũtur. qꝛ trãſibũt
ab eodẽ in idem .i. a miſeria in
miſeriam. quãuis inconꝑabili-
ter maiorẽ ꝛ durabiliorẽ qꝛ ine
ternũ. vel ꝑ tanto ĩtelligit apl's
ꝙ nõ ĩmutabũtur ĩ meliorẽ ſta
tuȝ. ĩmo in lõge d'teriorẽ ꝛ quãtu
ad animã ꝛ quãtũ ad corp⁹ Se
quiẗ [ ĩ momẽto ] vbi poſtq̃ȝ ge
neneral'r dixit. oẽs reſurgem⁹:
ſȝ nõ oẽs ĩmutabimur. ſȝ ſoluȝ
electi q̇ ĩ meliorẽ ſtatũ mutabũ
tur: oñdit de ip̃a reſurrectõe q̃n
tũ fiet ꝛ q̃ntũ durabit. vñ oſten
dit tria. vicȝ. ꝙ illð tp̃s erit bre
ue. qꝛ [ ĩ momẽto ] .i. in breuiſſi-
mo tp̃is ſpacio. nõ enĩ pt eẽ bre
ui⁹. ſi tñ momẽtũ dicat tp̃s. q̇a
forſan diĉ inſtãs tp̃is ſiĉ nunc.
Scðo oñdit ꝙ ẽ celer. qꝛ [ in i-
ctu ocl'i ] .i. q̃ȝ cito ocul⁹ ictu ꝑ-
cutit viſa ꝛ trãſit ad ea. vel for-
te meli⁹ [ in ictu oculi ] .i. q̃ȝ ci-
tu res q̃ videẽẗ ꝑcutiũt oculũ. qꝛ
ſm Ariſto. nõ videẽ⁹ extra mit-
tẽtes: ſȝ int⁹ ſuſcipiẽtes. ꝛ certe
h̃ ẽ ſm ph'os in inſtãti. ẽ enĩȝ vi
ſio inſtãtanea. Tertio oñdit ꝙ
erit tp̃s finale. qꝛ [ ĩ nouiſſima
tuba ] .i. ꝑ magnã vocẽ ꝛ vltiãȝ
poſt quã alia nõ erit. vl' q̃n fiet
clamor ille magn⁹ ꝛ vltim⁹ p⁹
quẽ ali⁹ nõ erit. ergo erit breue
tp̃s. celer op⁹. ꝛ finis vltimus.
Quãuis eñi vt dictũ fuit ſupi
us. collectio puluerũ ex q̇b⁹ re
formabũẗ hũãa corꝑa q̃ fiet an
gelorũ miſterio debeat fieri in
tp̃e q̃ȝuis breui. formatio tamẽ
corꝑm ꝛ reunio aĩarũ eiſdem
corꝑib⁹. et egreſſus de tumul'ꝛ
ſepulcris. ꝛ ꝯꝑitio corã iudice
q̃ oĩa fiẽt ꝟtute dĩna. q̃ ſubito.
.i. ſine tp̃e p̄t agere: fiẽt in inſtã
ti. Ip̃m ẽt iudiciũ ꝛ oĩa q̃ ſcri-
bunẗ Math. xxv. fiẽt in inſtãti
Si aũt aliq̇s vellet ꝯtendere ꝛ
dicere. ſ. ꝙ imo fiẽt in tp̃e. ñ m'l
tũ curo. dico tñ cũ apl'o ꝙ oĩa
p̃dicta ſic fiẽt ſubito ꝙ poteſ't
dici facta fuiſſe ĩ momẽto .ĩ i-
ctu ocl'i. ¶ Seq̇ẗ. [ Canet
eñi tuba ] Ubi oñdit quõ fiet re
ſurrectio. ꝛ tãgit q̃ttuor q̃ erunt
in ſignũ mãifeſtũ reſurrectõis.
Quorũ p̄mũ erit tube vocifera
tio. Scðm erit mortuorũ viuifi
catio. Tertiũ erit m'l'torũ ꝑfe-
ctio: q̃rtũ erit m'l'torũ gl'ificatõ.
Propter p̄mũ diĉ ita. ſic ſe cõ-
tinuãs. reſurrectio erit ĩ nouiſ-
ſima tuba. ꝑ quã aliq̃d ſignuȝ
euidẽs ꝛ p̃clarũ intelligiẗ. de q̃
puto ꝙ erit vox mag̃ ꝛ corꝑal'. ꝛ
ſon⁹ articulat⁹. q̇ aliq̃n dr̃ vox
archangeli .i. xp̃i q̇ ẽ p̄nceps ar
changelorũ: ꝓpter miſteriũ hu-
manitat'. vel vox m'l'torũ ãge-

loꝝ vel alic⁹ āgeli ſpāľr. vtpote
michaeľ. ꝑ miſteriū tñ̄ formata
xp̄o deo. de q̄b⁹ expōiť illð. j. ad
Theſ. iiij. Ipe dn̄s ī voce archā
geli de. de. ce. Qn̄z dꝛ vox filij
dei ꝓpter auc̄tē mittēt̃. Ipe em̄
mittet āgelos q̄ clamabūt. De
hac voce dꝛ Job. v. Oēs q̄ ī mo
numēt̃ ſūt audiēt vocē filij dei
Qn̄z āt dꝛ tuba. ꝓpter vehemē
tiā terroꝛ̃. de q̄ h. ꝛ. j. ad Theſ
iiij. Qn̄qꝫ dꝛ clamoꝛ. ꝓpter evi-
dētiā opis. vt Mat. xxv. Pro-
pter ſc̄om addiť [Et mortui re
ſurgēt] ſup. oēs gñaľr tā bōi q̄ꝫ
mali. Propter tertiū ſb̄diť [in
corrupti]. i. cū ītegritate ꝛ ꝑfe
ctōe. i. abſqꝫ diminutōe mēbro
rū. dꝛ Ezech. xxxvij. ꝙ accedēt
oſſa ad oſſa vnūq̄dqꝫ ad iūctu
rā ſuā. Eſt āt ſciēdū ꝙ electi re-
ſurgēt oīno īcorrupti. i. cū oī in
tegritate. cū oī decore. cū oī ꝑfe
ctōe mēbroꝝ. Si ṽo fuit ī coꝛ-
corpib⁹ dū viuebāt aliq̄ defor-
mitas: mutabiť ī decorē. de re-
probis aūt certū ē ſm̄ fidē ꝛ ſcp̄
turā ſacrā. ꝙ reſurgent cū alijs
corpib⁹ ī q̄bꝫ recipiēt ſm̄ ea q̄
geſſerūt. q̄ q̄dē corpa q̄ꝫuis ſp̄
debeāt manere: ꝛ nūq̄ꝫ cōſumi.
Dr̄ nāqꝫ Job. xx. de hoīe impio
Luet q̄ fec̄ oīa. nec tñ̄ ꝯſumetur
Repboꝝ ēt corpa dīna virtute
ſp̄ ī igne ꝛ ī alijs ſupplicijs māe
būt īcōſūpta. ñ tñ̄ loq̄ndo ꝓpe
erūt īmortalia. qꝛ ꝯtinue mori
enť. i. ſuſtinebūt maiores dolo-
res īcōpabiľr q̄ꝫ ſint ī naťali ſe
paratōe aīe a corpe. Ipſoꝝ etiā
corpa ſi dū viuebāt vita mortaľi
erāt trūcata ꝛ diminuta ſeu vi-
ciata mēbr̃: ꝛ ſi hēbāt aliquas
macľas ſeu deformitates: cum
eis ſp̄ manebūt. nᷤ diminutio
ſepabiť. nec deformitas muta-
biť ī decorē. Jō dic̄ apľs ſupius
ſꝫ ñ oēs īmutabimur. qꝛ nō re-
probi: ſꝫ tm̄ electi. Veꝝ ē tñ̄ ꝙ
repbi reſurgēt īcorrupti. largo
mō ſumēdo īcorruptōem. ſcꝫ ꝑ
corpm ꝯſiſtētia ſempiťna. ꝛ eti
am veꝝ ē ꝙ ſi repbi ñ habuerūt
dū viuerēt aliquā diminutionē
mēbrorū cū eiſdē reſurgēt. vt ī
eis cū q̄bꝫ peccauerunt ꝑpetue
cruciēť. Propť q̄rtū ſb̄dit apľs
[Et nos]. ſ. electi [imutabiur]
qꝛ puto ꝙ erat ſibi diuinit⁹ re-
uelatū. Reuera electi ꝑ reſurre
ctionē īmutabūť. i. ī ſtatū meli
orē q̄ꝫtū ad corp⁹ ꝛ aīaꝫ muta-
buntur. De corpore hic dic̄ idē
ſanctus Paul⁹ apo. ī ƀ cor. c.
vbi apte inuit ꝙ ſc̄toꝝ̄ corpa ī
ſigniēť q̄ttuor dotibꝫ glīoſ. Di
cit em̄ ſic. Semiať corp⁹. ſ. hu
manū ī corruptōe: ſurget ī īcor
ruptōe. ƀ dic̄ q̄ꝫtū ad dotū im-
mortalitat̃. Semiať ī ignobili
tate: ſurget ī glīa. ƀ dic̄ q̄ꝫtū ad
dotē claritat̃. Semiať ī īfirmi
tate: ſurget ī ṽtute. ƀ dic̄ q̄ꝫtuꝫ
ad dotē agilitat̃. Semiať cor
p⁹ aīale: ſurget corp⁹ ſpūale. ƀ
dic̄ q̄ꝫtū ad dotē ſb̄tilitatis. De
aīabꝫ āt illľ q̄ añ diē iudicij ñ fu
erūt glīoſe: certū ē ēt ꝙ īmuta-
būť. qꝛ ð miſia traſibūt ad glo
riā. ꝑ quā īſigniēť trib⁹ glīoſis

dotib⁹.ſ.viſiōe clariſſima dīne
ꝟtutꝭ.dilectōe ꝛ fruitōe ꝑfectiſſi
ma dīne bōitatꝭ.ꝛ tētōe ꝛ fruiti
one firmiſſima.i.ꝑpetua oīs fe
licitatꝭ. Ille āt aīe q̄ añ iudiciū
erāt glīoſe ēt imutabūť. qꝛ pro
pter vnionē ad ſua corꝑa ad q̄ i
clināť naťal'r: ꝑfecti⁹ elicieēt act⁹
ſuos.eoꝙ hēbūt ꝑfectiorē eſſen
di modū.ac ꝑ h̄ ꝑfecti⁹ deo fru
enť. D Seq̄ť Loꝫ ei ꝛc. Ubi
oñdit apl's finē.ſic ſe ꝯtinuans
Nos .ſ.electi imutabimur
.i.ī meliorē ſtatū q̄ꝫtū ad corp⁹
ꝛ aīaꝫ mutabimur. Loꝫ ei corrup
tibile h̄ .ſ.corp⁹ q̄d geſtā⁹.q̄d
vtiq̄ꝫ eſt corruptibile naťal'r.qꝛ
cōpoſitū ē ex ꝯtrijs.imo neccario
hꝫ corrūpi ꝓpť pctm̄ p̄mi ꝑntis
Propť q̄d ē iducta corruptōis
neccitas iduere icorruptōꝫ vt
ſit tāq̄ꝫ coronatū icorruptōe.vt
.ſ.ſm gl'.ñ ōficiat.nec aliq̄l'r le
daťꝛ mor. h̄ expōe ſic corrup-
tibile iduere i.ꝛc. vt.ſ.nunq̄ꝫ
diſſoluať.nec diſſolui poſſit.ꝓ-
pť dotē ipaſſibilitatꝭ. No. ꝙ
q̄ꝫuiꝭ iſta ꝟba pñt aliq̄l'r expōi de
q̄cūq̄ꝫ hūano corꝑe.q̄d ſm ꝟita
tē reſ'get idē ī nūero.ꝛ iduet in
corruptōꝫ.qꝛ ſꝑ manebūt ꝛ nūq̄ꝫ
ꝯſūmeť.ꝓp̄e tñ exponūť ſm in
tētōeꝫ apl'i ꝛ gl'.ď corꝑib⁹ elcōꝝ
q̄ ñ ſolū nūq̄ꝫ diſſolueť:imo nc
vnq̄ꝫ eſurieēt ſeu ledēť. ac ꝑ h̄ ſi
pl'r imortl'ia eēt. Corꝑa ei rep-
boꝝ q̄ꝫuiꝭ nūq̄ꝫ diſſolueť:tñ itē-
ſiue ledēť ꝛ ab aq̄s niuiū trāſieēt
ad calorē niūꝫ. Job.24.ac ꝑ h̄
ñ eēt ꝓp̄e imortl'ia. qꝛ ꝑpetuo ī

dolore mortꝭ eēt No.ēt ꝙ ꝑ h̄
ꝙ dic̄.oꝫ.īnuit q̄ndā neccitateꝫ
reſurrectōis.reuera q̄dā neceſſi
tas ē vt hoīes reſ'gāt.tū ꝓpť poſ
ſibilitatē q̄ ē ī pulueribꝰ hūano
rū corꝑm.lꝫ remotā ad recepti
onē eiuſď aīe.tū ēt ꝓpter naťalē
īcliatōeꝫ aīaꝝ ad reſūptōeꝫ co-
rūdē corꝑm.tū ēt ꝓpter ꝑfectam
remuneratōꝫ hoīꝫ tā bonoꝝ q̄ꝫ
malorū.vt q̄libꝫ recipiat in ſuo
corꝑe q̄d ꝑ ipm̄ meruit ſiue bo
nū ſiue malū.tū nihilomi⁹ ꝓpť
dīnū ꝓmiſſū ꝛ ꝓpter ſcp̄ťe ſacre
teſtimoniū adīplēdū Cū āt dic̄
h̄ īnuit māifeſte reſurrectōem
eiuſdē corꝑis ī nūero.iuxta illď
iob.xix. Quē viſu.ſū ego ip.ꝛc
Per h̄ āt ꝙ dic̄ icorruptōꝫ ꝛ i-
mortalitatē:itelligit illā ipaſſi-
bilitatē ꝛ imortl'itatē quā ſctō-
rū corꝑa ſūt hitura. q̄ eēt oīno
ďſa ab ipaſſibilitate ꝛ imortl'i
tate.ſic̄ ſi māſiſſēt ī ſtatu inocē
tie.tūc ei hūana corꝑa erāt ipaſ
ſibilia ꝛ imortl'ia .i. potētia nō
pati ꝛ ñ mori. Sꝫ p⁹ iudiciuꝫ
erūt ipaſſibilia ꝛ imortalia.i. ñ
potentia pati aut ñ potētia mo
ri Et ſic ī ſtatu inocētie eēt imor
talitas effectiue ꝑ dīnā ꝟtutē.ꝛ
formaliter ꝑ iuſticiā originalē
ita p⁹ iudiciū erit imortalitas
ꝑ diuinā ꝟtutē effectiue.forma-
liter aūt ꝑ dotē ipaſſibilitatis.
I Sciendū aūt ꝙ qꝛ ꝑ na
turā corp⁹ aliq̄d corruptuꝫ nō
p̄t redire idē in nūero.nec mor-
tuū p̄t fieri viuū. qꝛ nō p̄t eē re
greſſus a p̄uatōe in habitū.ido

dīa q̄ fiūt ī reſurrectōe mortuo
rū dīne ꝟtuti dn̄t attribui. poſ-
ſibilitas em̄ q̄ erit in pulueribꝫ
ꝛ inclinatio q̄ erit in aīabꝰ: nū-
q̄ꝫ poſſent reduci ad actū: niſi
ꝑ dinā ꝟtutē. vn̄ iſta neceſſitas
quā vidꝛ īportare illud opꝫ ſb
dir ſoli dīne ꝟtuti. ꝓpter q̄d dic̄
ſepe xp̄s. ego ſuſcitabo eū in no
uiſſimo die. Joh̄. vj. ꝛ Joh̄. xj.
dic̄. Ego ſū reſurrectio ꝛ vita. o-
portet ꝙ corruptibile hoc īdue
re ꝛc̄. q̄ quidē ſūt indumēta ſa-
lutis. de quibꝰ Eſa. lxj. Gaudēſ
gaudebo in dn̄o: ꝛ exultabit a-
nima mea in deo meo. qꝛ indu
it me veſtimētis ſalutis ꝛ indu
mēto iuſticie ꝛc̄. Sequitur.
[Cū aūt mortale hoc] Ubi o-
ſtēdit q̄ fiēt pꝰ reſurrectionē. et
facit tria. Prio em̄ oñdit ī ſan
ctis hoībꝰ mortis deſtructiōeꝫ
Scd̄o ſctōꝝ ꝯ̄ mortē inſultati
onē. ibi [Ubi ē mors victoria]
Tertio reddit ꝓ oībꝫ grāꝝ ac-
tionē. ibi [Deo aūt grās] Dic̄
ꝙ. cū aūt mortale hoc] idem. ſ.
nūero ꝛ viſui demōſtrabile [in
duerit īmortabilitatē] ꝓpt quā
nūq̄ꝫ eſuriēt. Apoc. vij. Nō eſu
riēt neqꝫ ſitiēt amplꝰ. ꝓpt quā
ēt nūq̄ꝫ diſſoluenꝛ. īmo nec po
terūt diſſolui [tūc fiet] ꝛ nō an
te. i. īplebiꝛ [ſermo qui ſc̄ptꝰ ē.
abſorta] .i. deſtructa [ē mors]
ſcꝫ corpis [in victoria] xp̄i. ſ. i.
ī ſua reſurrectōe. reſurgēs em̄ a
mortuis iā nō moriꝛ. ꝛ mors il
li vltra nō dn̄abiꝛ. ſic̄ dꝛ ad Ro
vj. vn̄ q̄ꝫtū ad corpꝰ xp̄i totalr̄
mors abſorta ē ꝛ deſtructa. Et
qm̄ ſua reſurrectio fuit p̄mon-
ſtratiua nr̄e. qꝛ ſic̄ ipſe reſurre-
xit: ita ꝛ electi mortui reſurgēt.
qꝛ ꝛ tūc erit veꝝ dicere ꝙ iu-
ſtorū corpibꝰ abſorta ē mors.
ſup. corpis. qꝛ ex tūc nō moriēꝛ
nec mors vltra dn̄abiꝛ ipis. Et
iſta abſortio ſeu dſtructio mor-
tis erit effectīe ꝑ xp̄m hoīem et
deū. qꝛ vt dic̄ apl's. ꝛ hoc coꝫ. c.
Xp̄us reſurrexit a mor. p̄. dor.
Qm̄ q̄dē ꝑ hoīeꝫ mors. ꝛ ꝑ ho-
minē reſurrectio mortuoꝝ. Et
ſic̄ ī adā oēs moriūꝛ. ita ꝛc̄. Jſta
ēt abſortio mortꝭ q̄ fuꝛa ē ī cor
poribꝫ ſcōꝝ fuit p̄mōſtrata ī vi
ctoria xp̄i. i. ī ſua reſurrectōe. qꝛ
vt dꝛ. ꝫ. coꝫ. c. Si mortui nō re
ſurgūt: neqꝫ xp̄s reſurrexit. ſed
xp̄s reſurrexit. ꝫ. ꝛc̄ Ubi āt ſcri
ptꝰ ē iſte ſmo q̄ dꝛ. Abſorta eſt
mors ī vi. dic̄ gl'. ꝙ ī eſa. ꝛ ī O-
ſee. Eſa. xxv. dꝛ ſic. Precipita-
bit dn̄s mortē ī ſempiternū. et
xxvj. dic̄ ſic loq̄ns hūano gene
ri. Uiuēt mortui tui. ſ. eternalr̄
īterfectiqꝫ mei reſurgēt. Et iſtꝭ
ſumiꝛ iſte ſmo. abſorta ē mors
ꝛc̄. ꝛ ſi ñ ſm ꝟba: tn̄ ſm ſenſum
Oſee ēt. xiij. ſic dic̄ ꝓph̄a ī pſōa
xp̄i. Ero mors tua. ꝛc̄ Dic̄ aūt
gl'. ꝙ ſm lr̄aꝫ. lxx. interp̄tū hꝛ.
[abſorta ē mors ī vi. Ul' ſic p̄t h̄
expōi. ꝛ ſm gl'. [abſor. ē mors]
.i. diabolꝰ deuictus eſt iā ī p̄te.

qꝛ ꝗuis poſſit tēptare hoīes et
ſeducere. nulli tñ p̄t violētiā in
ferre. ſic̄ faciebat añ mortē xp̄i.
tā ei amiſit īpellentē lꝫ retulerit
manū attrahētē: tūc āt. i. ī reſur
rectōe total'r erit deuict⁹. ꝛ ſine
manu erit. i. ſine oī ptāte. ꝛ hoc
[ in victoria ] qꝛ modū vincēdi
homines exceſſit. xp̄m. ſ. tēptā-
do. ip̄mqꝫ aggrediēdo ī q̄ nihil
habebat. vñ volēs xp̄m vincere
vict⁹ eſt: ꝛ total'r meruit vinci.
Uel ſic. [ Mors ] culpabilis ꝛ
carnal' ꝯſuetudo peccandi [ ab
ſorta ē ]. i. deſtructa ē [ in victo
ria ] ſup. ſctōꝝ hoīm. q̄ vincunt
ꝯcupias in p̄nti. Prīo mō ſu-
mit' mors ꝑ morte nature. Se
cūdo mō ꝑ mort' actore. Ter-
tio mō ꝑ morte culpe. R

Eſt aūt notādū ꝙ mors ſup
ple nature qñqꝫ ē occidenda. ſic̄
Ozee. xiiij. ca. Ero mors tua o
mors ꝛc̄. Qñqꝫ p̄cipitāda. ſic̄
Eſa. xxv. vt dictū ē. Qñꝫ āt de
ſtruēda. ſic̄. s̄. codē ō2. Nouiſſi-
me deſtruet' inimica mors. Qñ
qꝫ abſorbēda. ſic̄ h. Sic igit' pꝫ
p̄mū. ſ. quō apl's oñdit futurā
eſſē in ſctis hoīb⁹ mort' deſtru
ctionē. Seq̄t'. [ Ubi eſt mors
victoria tua ] Ubi q̄ꝫtū ad ſcōꝫ
q̄ttuoꝛ fac̄. Prīo em̄ inſultādo
q̄rit vbi ē victoria mort': Se-
cūdo vbi ē cā mort'. ibi prope.
[ Ubi ē mors ſtimul⁹ tu⁹ ]. Ter
tio oñdit q̇d ſit cā mort'. ibi [ ſti
mul⁹ aūt mort'. Quarto oñdit

ꝙ ꝑ legē nō ē ablata: ſꝫ aucta cā
mort'. ibi [ Uirtus ꝟo pctī lex ]
Quantū aūt ad p̄mū dic̄ ſic. lo
quēs de ꝑſona reſurgētiū ī ꝑſo
na q̄ꝝ apl's inſultat morti. di.
[ Ubi ē mors victoria tua ] q̄. ſ.
oēs hoīes vīcebas. q̄ſi dicerent
reſurgētes. tu mors penit⁹ vi-
cta es. et neminē vincere potes
q̄ tñ añ oēs viciſti. Hoc idē pōt
exponi de dyabolo. vt dicat' de
illo o [ mors ]. i. diabole [ vbi ē ]
nūc [ victoria tua ] q̄. ſ. añ q̄i oēs
hoīes viciſti. q. d. oīno vict⁹ es
ꝛ neminē vīcere potes. Ad hoc
aūt p̄t adduci illō Eſa. xiiij. In
die illa cū requiē ōderit tibi de
us a laboꝛe tuo ꝛc̄. ſeq̄t'. ſumes
ꝑabolā iſtā. ꝛ dices. Quō ceſſa
uit exactoꝛ. i. diabol⁹. q̇euit tri
butū. i. mors quā exigit dyabo
lus ab oī hoīe tanq̄ꝫ tributum.
Quātum aūt ad ſcōm addit.
[ Ubi ē mors ſtimul⁹ tu⁹ ] o tu
[ mors ] nature. dic̄ apl's. inſul-
tādo ꝛ ꝑ illo tūc ī ꝑſona reſur-
gētiū [ vbi ē ſtimul⁹ tu⁹ ]. i. pec-
catū originale qō fuit cā mort'
q̄ q̇dē ſtimulo oēs pūcti ꝛ vene
nati fuim⁹. q. d. electi reſurgen
tes. iā nō ē nec ampli⁹ erit. q̇a
total'r deleta fuit ꝑ paſſionē xp̄i
nō ē nec erit ōinceps pctm̄ ori
ginale ī nob. nec q̄ꝫtū in ſe nec
q̄ꝫtū ad aliquā ei⁹ ſeq̄lā. Ul' ſic
etiā ſm glo. O [ mors ]. i. diabo
le [ vbi ē ſtimul⁹ tu⁹ ]. i. actuale
pctm̄. qō facit diabol⁹ in hoīe

ei ꝯſentiente. de q̄ q̇ dē ſtimulo
dicit aplūs. ij. Coꝛ. xij. Dat⁹ ē
mihi ſtimul⁹ car. mee ⁊c. Uel
ſic. o moꝛs. i. o carnal' ꝯſuetudi
nis delectatio. vbi ē ſtimul⁹ tu
us. i. pctm̄ actuale nō ē i nobis
nec erit āpli⁹. ⁊ iō diabolus n̄
pt nos deinceps pūgere cū ſuo
ſtimulo. nec hēbit in nobis lo-
cū deinceps carnal' delectatio.
hec enī oīa q̄ztū ad nos penit⁹
ceſſauerūt. Iſta enī oīa debēt i
telligi de reſurgētib⁹ reſurrecti
one glīoſa. in q̇b⁹ ex tūc pc̄tm n̄
erit. nec pnitaſ ad peccādū. nec
pena aliq̄ debita pctō. Quā
tū ad tertiū addit. [Stimulus
āt moꝛtꝭ. i. cā moꝛtꝭ naturalis
[pc̄tm ]ē. ſ. oꝛiginale. p vnū enī
hoīem. i. adā pc̄tm i hūc mōm
intrauit. ⁊ p pctm̄ moꝛs. ⁊ ita i
oēs hoīes moꝛs ptrāſijt. i quo
oēs peccauerūt. Ro. v. In ipſo
enī peccāte actual'r oēs pdide-
rūt iuſticiā oꝛiginalē. c⁹ erāt de
bitoꝛes. ac p h̄ oēs q̇ deſcēdūt
ex eo p carnalē gn̄atōem: ꝯhunt
pctm̄ oꝛigīale. q̄d nihil aliō eſt
q̄z carētia iuſticie oꝛigīal' cū de
bito hn̄di eā. Iſtud āt pctm̄ o-
riginale ſtimul⁹ ē. id ē. cā moꝛ-
tis coꝛpal'. ad Ro. vj. Stipen
dia peti moꝛs Uel ſic [Stimu
lus moꝛtꝭ ]. i. diaboli [pctm̄ ē ]
ſup. actuale. q̇ hoīes pūgit. Ul'
ſic [Stimul⁹ moꝛtꝭ ]. i. praue
ꝯſuetudis [pctm̄ ē ]. i. vſ⁹ pec-
cādi. Quātū ad q̄rtū ſubdit

[Uirt⁹ vo ]. i. augmentū [pcti
lex ]ē. ſʒ de moſaica h̄ itelligat'
hec tn̄ lex cū ſit bōa ⁊ ſctā: non ē
augmētū pcti p ſe. abſit. p cām
ſed p quandā occaſionē. q. di.
pctm̄ magis viguit ex lege. nō
p ſe ⁊ directe. ſʒ ex hūana mali
cia. p legē occaſione accepta. eo
ꝙ hūana malicia nitit' in vetitū
De hac āt victoꝛia p xp̄m icho
ata. ⁊ i fine mūdi cōſūmāda g̃-
tie ſūt agēde. iō ſubdit' [Deo āt
gr̄as q̇ dedit nob̄ victoꝛiā per
dn̄m noſtrum ieſum chꝛiſtū ].

Finiūt ſermones poſtillares
eplaꝝ de ſanctis reuerēdi pr̄is
et dn̄i: dn̄i Bertrandi de cura
epi Tuſculani. ⁊ ſacroſācte Ro
mane eccl'ie cardinalis. Impſ-
ſi Argentine. Anno dn̄i. Mil
leſimo q̇ngenteſimoſecundo.
Finiti ſabbato poſt feſtum con
uerſionis ſancti Pauli apl'i.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

qꝛ ꝗuis poſſit tẽptare hoĩes e
ſeducere. nulli tñ pt violẽtiã i
ferre. ſic faciebat añ mortẽ xp
tã ei amiſit ĩpellentẽ lʒ retuler
manũ attrahẽtẽ: tũc ãt. i. ĩ reſu
rectõe totalr erit deuict⁹. ⁊ ſin
manu erit. i. ſine oĩ ptãte. ⁊ ho
[in victoria] qꝛ modũ vincẽ
homines exceſſit. xp̃m. ſ. tẽptã
do. ip̃mqꝫ aggrediẽdo ĩ q̃ nih
habebat. vñ volẽs xp̃m vince
vict⁹ eſt: ⁊ totalr meruit vinc
Uel ſic. [Mors] culpabilis
carnal ↄſuetudo peccandi [a
ſorta ẽ]. i. deſtructa ẽ [in vict
ria] ſup. ſctõꝝ hoĩm. q̇ vincun
ↄcupiãs in pñti. Prio mõ ſu
mit mors ꝑ morte nature. S
cũdo mõ ꝑ mortꝭ actore. Ter
tio mõ ꝑ morte culpe. K

Eſt aũt notãdũ ꝙ mors ſu
ple nature qñqꝫ ẽ occidenda. ſ
Ozee. xiij. ca. Ero mors tua
mors ⁊c. Qñqꝫ p̃cipitãda. ſ
Eſa. xxv. vt dictũ ẽ. Qñꝫ ãt d
ſtruẽda. ſic. ẽ. codẽ dꝛ. Nouiſſi
me deſtruet inimica mors. Q
qꝫ abſorbẽda. ſic h. Sic igit p
p̃mũ. ſ. quõ apl's oñdit futur
eſſe in ſctis hoib⁹ mortꝭ deſtr
ctionẽ. Seqt. [Ubi eſt mo
victoria tua] Ubi q̃ꝫtũ ad ſcõ
q̃ttuor fac. Prio em̃ inſultãd
q̃rit vbi ẽ victoria mortꝭ: Se
cũdo vbi ẽ cã mortꝭ. ibi prope.
[Ubi ẽ mors ſtimul⁹ tu⁹]. Te
tio oñdit q̇d ſit cã mortꝭ. ibi [ſt
mul⁹ aũt mortꝭ. Quarto oñdi